PHILIPPI-HENRICI
HOENONII JC^ti

LIBER SECUNDUS

Disputationum Juridicarum,

IN ILLUSTRI ET CELEBERRIMA NASSOVICA HABITARUM,

Ad ſelectas aliquot Pandectarum materias.

Editio quarta prioribus emendatior & locupletior.



HERBORNÆ
Typis Chriſtophori Corvini, 1617.

ARIUS PINELLUS JCtus celeberrimus ad l.2. part.2.cap.4.n 2.C. de rescind. vend pag. mihi 343.

EGo, inquit, post longam legendi professionem, postq; diligentissimam foro navatam operam, in eâ sententiâ sum, quod Theorica sine praxi digestam solidamq; Juris cognitionem præstare nequeat, praxisq; absq; Theoricâ maximè periculosa & manca evadat.

Arius Pinellus JCtus celeberrimus ad l.2. part.2. cap.4. n 2. C. de rescind. vend pag. mihi 343.

Ego, inquit, post longam legendi professionem, postq; diligentissimam foro navatam operam, in eâ sententiâ sum, quòd Theorica sine praxi digestam solidamq; Juris cognitionem præstare nequeat, praxisq; absq; Theoricâ maximè periculosa & manca evadat.

TITULI SINGULARUM DISPUTATIONUM, QUÆ HOC ſecundo libro continentur.

NOMINA EORUM, QUI DE HISCE disputationibus reſponderunt.

1 *Johannes Henricus à Blomenthal Batavo-Geldrus.*
2 *Jacob. Schickhardus Sigenenſis.*
3 *Matthias Exweiler Seinanus.*
4 *Jacobus Preuſſerus Saxo-Stadenſis.*
5 *Johannes-Caſparus Delckheimerus MœnoFrancofurtenſis.*
6 *Cuno Chriſtiani Weddanus.*
7 *Nicolaus Reiffenrath Willenbergenſis.*
8 *Hermannus Ulnerus Marpurgenſis.*
9 *Joh. Jacobus Ellerus Dietzenſis.*
10 *Johannes Simonides Embdanus Friſius.*
11 *Sebaſtianus Bandex SaxoStadenſis.*
12 *Reinholdus Conradus Embdanus Friſius.*
13 *Wilhelmus Velbruggen Colonienſis.*
14 *Theodorus Boddius Camenſis Marco-Weſtphalus.*

CATA-

CATALOGUS
AUTORUM, DOCTORUM, ET INTERPRETUM, QUI in hoc libro secundo disputationum juridicarum allegantur.

A

Abbas.
Accursius.
Adrianus Gilmannus.
Ægidius Hortensius.
Alexander.
Albertus Brunus.
Albericus de Rosate.
Alvarottus.
Albericus Gentilis.
Althusius.
Andreas Alciatus.
Antonius Goveanus.
Antonius Faber.
Antonius Lescurius.
Antonius Augustinus.
Antonius de Butrio.
Antonius Gabrielius Romanus.
Antonius Piaggius.
Antonius Matthæus.
Angelus.
Andreas Knichen.
Aretinus.
Arnoldus ab Hœrsolte.
Arnoldus Reiger.
Aulus Gellius.
Aymon.
Azo.

B

Baldus.
Balduinus.
Baro.
Bartolus.
Bartholomæus Fajus.
Barbatus.
Belviso.
Bellonus.
Beust.
Beza.
Bellapertica.
Beurhusius.
Bocerus.
Bodinus.
Boërius.
Bossius.
Bolognetus.
Borcholt.
Buscherus.
Bucerus.
Butrigarius.
Brechæus.
Brissonius.
Bronchorst.

C

Cacheranus.
Castrensis.
Capicius.
Calcaneus.
Chassanæus.
Cagnolus.
Cisnerus.
Cicero.
Clarus.
Corasius.
Colerus.
Corneus.
Covarruvias.
Costalius.
Consilia Marpurgensia.
Conradus Lagus.
Conradus Rittershusius.

Joachi

Joachimus à Beust.
Joachimus Stephani.
Johannes Ramus.
Johannes Köppen.
Johannes Faber.
Johannes à Reberteria.
Johannes Baptista à S. Severinis.
Johannes Pincierus.
Josephus Ludovicus.
Irnerius.
Iserna.
Isidorus.

K

Kirchovius.
Kling.

L

LActantius.
Lanfrancus.
Laurensis.
Livius.
Longovallius.
Lotioerus.
Lucas de Pennâ.
Lucas Osiander.
Ludovicus Charondas.
Ludovicus à Peguera.
Ludovicus Schora Lovaniensis.

M

Macrobius.
Mantinus.
M. Varro.
Marcus.
Martinus Antiquus Glossator.
Mascardus.
Marinus Freccia.
Marsilius.
Marquartus Freherus.
Marinus Laudensis.
Maranta.
Masverus.
Matthias Stephani.
Matthesilanus.
Matthæus de Afflictis.
Mauserus.
Menochius.
Modestinus Pistor.
Molinæus.
Mollerus.
Mindanus.
Mudæus.
Muretus.
Muicurnius.
Mynsingerus.

N

NAtta.
Nevizanus.
Neguzantius.
Neuvvald.
Niellius.
Nicolaus Intrigliolius.
Nicolaus de Ubaldis.

O

OBrecht.
Oldendorpius.
Oldradus.
Ottho Casmannus.

P

PAcianus.
Pacius.
Paleotus.
Paris de Puteo.
Paulus Matthias VVehnerus.
Panormitanus.
Paulus Busius.
Parisius.
Peckius.
Peregrinus.
Petrus Gregorius Tholosanus.
Petrus Heigius.
Petrus Jacobus Aurelianensis.
Petrus Faber.
Petrus Nicolæus Mozzius.
Petrus Costalius.
Petrus Anchoranus.
Petrus de Bella perticâ.
Petrus Martyr.
Petrus Duenna.
Petrus Faber.
Petricinus.
Philippus Matthæus.
Philippus Melanchthon.
Philippus Decius.
Pinelus.
Præpositus.
Pruckmannus.

DISPU-

DISPUTATIO I.

DE JURISDICTIONE, MERO & mixto imperio.

Respondente

JOHANNE-HENRICO à Blomenthal Batavo-Geldro.

JUrisdictio *a* est notio *b* causarum *c*, lege *d*, aut magistratus jure *e*, aut extra ordinem *f* competens *g*.

a) Hujus verbi undecim significationes refert Tobias Paurmeister *lib.1.de jurisdict.Roman.Imp.cap.1.* Est autem jurisdictio appellata ita à jure dicundo, *l.7.§.fin. ibi*, jus dicunt. *l.10.in fin. ibi*, debet jus dicere. *ff.de off.proc.l.1.ibi*, jus dicentis. *l.14.in fin. ibi*, jus dici. *l.18.ibi*, jus diceret. *l.ult.ibi*, jus dicenti. *ff.h.tit.l.1.§.4.ibi*, juris dicundi. *ff.de susp.tutor. l.13.§.penult.ibi*, solet prætor in eo jus dicere. Georg. Obrech. *cap.1.nu.6.de jurisd.* Vacca *ad* Rub. *in fin.h.* And. Alciat. *l.2. dispunct.cap.24.circa fin.* Coras. *libr.3.Miscellan.c.13.num.1.* Vacon. à Vacun. *lib.6.declarat.jur.77.num.1.* Bocer. *class.4. disput.9.thes.5.* Wesenb. *in parat.h.num.2.* Sichard. *ad rubr. C.de jurisd.num.1.* Joachim. Stephani *lib.1.de jurisd.Judaicâ cap.1.* & Matthias Stephani *libr.1.de jurisdict. Imp.Roman. cap.1.num.10.* Treutl. *disput.3.thes.1.lit.a.* Diss. Azo, Fulgos. Zas. Tiraquell. & alii, qui à jure & ditione derivant; Quam derivationem ipsa nominis figura & literarum numerus planè respuit, ut & significatio. Ditio enim Imperium significat. Obrecht *d.n.6.* & Matthias Stephani *d.loc.num.11.*

b) Hæc vox generalis est, & tam cognitionem, quàm jurisdictionem significat, *l.99.de V.S.l.1.§.4.in fin.ff.de offic.præf.urb.* eleganter Gœdd. *ad l.99. num.2.3.4. & 5.* Georg. Obrecht *d.c.1.num.20.* Matth. Steph. *d.loc. de jurisd.Rom.Imp. lib.1.c.2.n.34.35.& seqq.* Vulgò Dd. generis loco potestatis verbum ponunt, quod tamen propriè imperio convenit, *l.3.*

ff.h.tit. Imperium autem jurisdictionis species non est, Obrecht *d.cap.1 num.24.* & dicam pleniùs infrà suo loco. Dissl. Treutl. *disp. 3. thes.1. lit. b. & a.* & vulgò Dd. quos sequitur Bocer. *d.class.4. disp.9. th.1. lit.a.* & Gœdd. *d.loc.n.7.* Matth. Steph. *d.c.2.n.5.6.24. & 66.* qui imperium sub jurisdictione comprehendit. Idem *d.loc.c.3.n.6.* Aliter dissent. Brechæus, negans, vocem notionis jurisdictione generaliorem esse; sed bene refutatur à Gœdd. *d.n.1.* *c)* Non solùm civilium, sed etiam criminalium. *l.2.§.23. ff. de orig. jur. l.1. in pr. ff. de offic. ejus, cui mandat. jurisd.* *d)* Quâ conceditur criminalis jurisdictio, *d.l.1. ff. de off. ejus, cui mand.* *e)* Veluti ordinaria jurisdictio. *f) l.7.§.ult. ibi*, vel extra ordinem jus dicunt, *ff. de off. proc.* *g)* Dissentiunt Dd. variè in definienda jurisdictione. Alii definiunt jurisdictionem potestatem de publico introductam cum necessitate juris dicendi & æquitatis statuendæ; quam definitionem rejiciunt Obrecht, *d.loc.n.26. & seqq.* Tob. Paurmeister *d.lib.1. de jurisd. Rom. Imp. c.8.n.1.* & Bocer. *d.loc. thes.4.* Alii potestatem quæ judicis officio mercenario expeditur, privatam utilitatem respiciens. Alii rursus potestatem jurisdicendi, cui modica coërctio non denegatur. Quos refellit Obrecht *d.c.1.* Alii deniq; statuendi de re qualibet, & constituti exequendi legitimam potestatem. Treutl. *d.loc. thes.1.* Alii aliter, quos recenset & examinat Tobias Paurmeister *d.lib.1. de jurisdict. Rom. Imper. cap.8. per tot.*

2 Estque duplex jurisdictio: Civilis & Criminalis *a.* Hæc est notio criminalium causarum certis personis specialiter & nominatim lege concessa *b.* Civilis, quæ circa civiles causas versatur vel propria est, vel non propria *c.* Illa jure magistratus *d*, hæc verò alterius beneficio competit *e.* Estque rursus vel mandata *f*, vel prorogata *g.*

a) L.61.§.fin. ff. de judic. l.5. C. h. tit. Dissentiunt tam veteres, quàm recentiores interpretes, Accursius, Speculat. Oldradus, Bartolus, Alciatus, Longovallius, Gilottus, I riottus, Baro, Goveanus, Duarenus, Bartholomæus Faj

Cu

Cujacius, Henricus Suetinus, Donellus, quorum mendo-
sas jurisdictionis divisiones refert Tobias Paurmeister *d.*
lib.1 de jurisd.cap.12. & easdem refutat *cap.15.* *b) d.l.1.§.*
fin. ff de off. ejus cui mand. Obrecht *d.tract.c.2.n.4.* qualem
habuisse videntur I. Prætores sub consulibus, Obrecht *c.6.*
n.36. Accusatio enim suspecti tutoris apud eos fieri potuit,
l.1.§.ult.de susp.tutor. Prętoris quoq; notio est, si dominus à
servo occisus dicatur, *d.l.1 ff.de off.ejus cui mand.* Merum
enim imperium non habuerunt, *arg.l.1.§.7.de præt.urb. l.*
1.§.3.de susp.tut.l.ult ff.de in jus voc.l.2.§ 32.ff.de orig.jur.
... fuerit in servos aut infames, vilesq; personas.*l.7 ff.hoc t.*
4/5. ubi Cujac.*ff.de minor.l.35.ff.de injuriis.* Jacob.Le-
... in comment. ad Modest. *de pœnis in explicat. d.l.ult.de*
... voc. II. Pręfectus annonę, *l.ult.§ ult.ad l.Jul.de anno.*
ff.de accusat. III. & præfectus vigilum sub impera-
... Fures enim & facinorosos homines inquirere, ca-
... vincula conjicere, & de ipsorum criminibus cogno-
... potest, ultimo tamen supplicio afficere nequit, sed reos
... eorum, si liberi homines fuerint, ad Præfectum urbi pu-
... remittere tenętur, *tot.tit.C.de off præfect.vigilum,*
... Obrecht *c.6.de jurisd.n.56.57.& 58.* ubi ad multa
... respondet. I. Apparet igitur hinc, jurisdictionem
... à mero imperio cum quo ea vulgò confundi-
... esse Obrecht *d.loc.* & Tobias Paurmeister
... jurisdict.cap.10.nu.2.4.17.& 18. *c) L.5.l.seq.l.16.ff.*
... & tot.tit.ff.de offic.ejus cui mand. Tobias Paur-
lib 1.de jurisdict.cap.10.n.20. Vult.*libr.1.Jurisp.c.12.*
Matthias Stephani *d.lib.1.de jurisdictione cap.14.*
... as Steph.*dicto loco,* ubi *nu.100.* tradit, hodie hanc
... onem propriam sive ordinariam dividi posse in u-
... m, particularem & specialem. Universalem habere
... rem. Particularem Electores & principes aliosq;
... esiasticos & politicos, vide *infrà thesi 6.* Specia-
... m, quę jure feudali in certis causis domino feudi,
... aribus curiæ competit, *tit. apud quem vel quos*
... feud. defin. item jurisdictionem militarem, de
... eichs abschied zu Speyer / *Anno 70. tit.* Röm.
... r Majestet Reuter bestallung / von be-
... es felds vnd erneweretem Reuterrecht,

Sic singularem esse jurisdictionem Austregarum, de quâ *in ordinat.Cam.Imperial.* Vide quoque Tobiam Paurmeister *libr.1.de jurisdictione cap.23.24.25.26.27.* e) Cujacius *in Par.ff.h.tit.* Vultejus *lib.1.discept.cap.1.* f) Quæ & aliena dicitur, item commodata & vicaria, & à principali seu propriâ pendens. Obrecht *d.cap.2.num.11.l.5.ff.hoc tit.l.1.§.1 ff.de offic.ejus cui mand. est jurisdictio.* Matthias Stephani *d.libr.1.de jurisdict.cap.15.* Paurmeister *dicto loco.* Ea licet stricti juris sit, ad connexa tamen extenditur, *argum.l.2.h. tit.cap.præterea.cap.prudentiam.§.sexta nobis.in fin.& seq.de officio delegat.* Andreas Geil.*lib.1.observat.35.num. & lib.1.de pac.public.cap.6.num.26.* ac proinde causâ possessionis in genere commissâ & petitorium commissum intelligitur, *leg.10.* ubi Bartol.Sichard.*& alii.C.de jud.l.ordinarii,* ubi Baldus *Cod.de rei vindic.cap.1.de sequestr.possess. cap.cùm ad sedem.de restitut.spoliat.cap.significarunt.de testibus.* Gœddæus *in cap.1.par.1.axiom.4.num.53.de sequestr.possession.pagina mihi 91.* & Geil.*dicto loc.num.* contrarium docet Matthias Stephani *d.libr.1.de jurisdict. Roman.Imp.cap.20.num.15.16.17.* & Ernestus Cothmannus *in tractatu suo possessorio.cap.de variis possessionum appellat.* nimirum causâ possessorii mandatâ, petitorium non censeri commissum. Mandatam jurisdictionem habens plurimùm à pedaneo seu dato judice differt. Præter alia differunt in hisce: Qui mandatam habet jurisdictionem etsi nihil proprii habet, attamen non tantùm vice mandantis fungitur, sicuti procurator vice domini, sed & ipsemet habet hanc jurisdictionem mandatam, cùm eam suo quodammodo jure administrat, *leg.4.leg.final.ff.de offic. ejus, cui mandat.jurisdict.l.solent.ff.de offic.proc.* Verùm in delegatum seu datum judicem nihil jurisdictionis nihilque imperii transit, ut in eo delegantis vice fungatur, tantùm enim delegantis vice causam audit, & de eâ pronunciat. Duarenus *in comment.ad hunc tit.cap.8.& ad leg.15.ff.de re judic.* Gœddæus *ad leg.99.num.5.ff.de V.S.& cap.1.de sequestr.possess.num.71.* Fornerius *ad dict.leg.99.de Verb. per leg.ult.C.ubi & apud quem cognit.arg.leg.5.Cod.de jud. & dict.leg.55.ff.de re judicat.* Et hinc est, ut is, cui mandata est jurisdictio, judicem dare possit, *l.ult.C.de re judic.* de

ga

gatus seu datus non possit, *l.5.Cod.de judic.* Gœddæus *d. cap.1.de sequestr.num.71.* Bronch.*cent.1.assert.15.* Hotom. ad d.l.5. Bodinus *lib.3.de Republ.cap.5.* Geil.*lib.1.observ.97.* Matthias Stephani *dict.loco cap.16. num.29.& 30.* ne quidem ad unum causæ articulum, *argum.d.l.5. ibiq;* Alexand. Jason & alii. *C.de judic. arg.l.1.§.1.ff.de offic.ejus cui mand.* Fachinæus *libr.2.controvers.cap.46.* Matthias Stephani *d. cap.16.num.70.* Dissent.Bartol.*in l.5.ff.hoc titulo.* Quid dicendum, si delegatus seu datus Judex à delegante expressè substituendi, seu subdelegandi potestatem nactus est? Et ne tum quidem judici dato alium judicem dare licere, tuebimur cum Fachinæo *d.l. cap.45.* Matthia Stephani *d. loc. num.67.68.& 69.* Excipitur ab his delegatus à Principe, qui pleniorem habet potestatem. Ideoque non solùm judicem dare potest, *d.l.5. C.de judic.* sententiamq́ue suam executioni mandare, sed etiam in possessionem mittere, & jubere possidere; quia hic delegatus in causa sibi delegata censetur major quocunque ordinario, *l.minor.§.penult.ff. de minor.cap.Pastoralis 5.§.1.extra.de off. delegat.* Gœddæus d.cap.1.*de sequestr.num.72.* Scipio Gentilis *libr.2.de jurisdiction.cap.13.* Matthias Stephani *dict.cap.16. num.74.* Petrus Gregorius Tholossan.*syntagm.jur. libr.47. cap.22. num.17.* Tobias Paurmeister *libr.1.de jurisdiction.Roman. Imp.cap.24. num.20.* Utrùm causas criminales delegare possit delegatus à Principe? controversi juris quęstio quoq; est. Negat Fachinæus *d.loc. cap.47.per d.l.1.ff.de offic.ejus cui mand.est jurisdict.* Dissentit Geilius *libr.1.observat.97. num.14.& seqq.* Occasione modò dictorum attingere libet, An delegatus seu commissarius Cameræ Imperialis subdelegare possit? Negat Mynsingerus *cent.3.observat.41.* cum sententia usu recepta dicitur. Dissentit Geil.*1. observ. 97.* cum opinionem admitti posse putant, cùm partium consensus & voluntas accedit, per *cap.fin.§.1.de offic.deleg.* ubi latè Felinus. *g*) Cùm scilicet ea, quam magistratus in quibusdam rebus vel personis habet, ad alias causas vel personas sine ullo errore vel metu extenditur, *l.18.ff.h.tit. l.2.ff.de judic.* Matthias Steph.*d.lib.1.de jurisdictione Romani Imperii cap.21.* (ubi eleganter explicat, quid jurisdictio prorogata sit, quomodo fiat & quotuplex sit) &

Geil.*lib.1.obs.40.* Idque vel rescripto Principis, *l.1.C.h.tit. l.2.C.de dilat.Novell.53.c.1.* vel consensu partium expresso, *l.14.ff & l.1. Cod.h.tit.l.1.& 2.l.74.§.1.ff.de judic.l.28.ff.ad Munic.* vel tacito, hoc est, litis contestatione. Eâ enim apud incompetentem judicem factâ, litigantes in eum consentire videntur, in tantum, ut deinceps ejus examen declinare ne queant, *l.30.ff.de judic.l.4. C.h.t.* Matth. Stephani *d.lib.1.de jurisd.cap.25.num.17.* vide *infrà thes.ult.in fine.* Solâ autem in jus vocatione non prorogatur jurisdictio, sed adimitur tantùm præscriptio fori, ex novâ causâ postea contingente competens, *l.penult.h.tit.l.7.ff.de judic.* Nec jurisdictionem incompetentis judicis pacto contractui in continenti adjecto prorogatâ, pœnitentiæ locum relinqui censemus, *l.31.C de episc.& cleric.l.penult.C.de pact.* Secus verò est, quando ex intervallo pactum contractui est adjectum, *l.18.ff.h.tit* Cujac.*tract.7.ad African.* Pacius *cent.1.quæst.60.* Ant.Govean.*in com.ad l.18.* Fachin.*libr.1.controvers.cap.61.* Matth. Steph.*d.loc.n.6.* Diss.interpretes variè. Alc.*in d.l.pen.* Coras. *lib.4.miscell.c.5.* Duar.*in d.l.18* Donell.*in d.l.penult.* Goedd. *in l.3.n.45.ff.de V.S.* Treutl.*disp.3.thes.ult.lit.h.* Plura de jurisdictione prorogatâ videri possunt apud Matthiam Stephan.*d.libr.1. de jurisdict. cap.22.23.24.* & *25.* ubi tracta 1. de his qui prorogare possunt vel non; 2. in quem fieri pos sit prorogatio; 3. quæ jurisdictio prorogetur; 4. de modo prorogandæ jurisdictionis. Huc pertinet quæstio, An hodie & secundùm præsentem Reip. statum, jus reale jurisdictionis Cæsaris, principum, & aliorum ordinū, ac tam mediatè quàm immediatè Imperio subjectorum absque consensu eorum, à subditis prorogari possit? Negat Tob. Paurmeister *lib.1.de jurisd.Roman.Imp. c.25.n.43.* & Matth. Steph. *libr. de jurisd.c.25.n.50.51.* & *52.*

3 Atq; ita rectè ex Jure Civili distribuitur jurisdictio. Jam ad interpretes quod attinet, il communiter *a* jurisdictionem dividunt in merum & mixtum imperium & jurisdictionem simplicem. Non rectè Nam imperium sub jurisdictione tanquam species sub suo genere cōtineri nequit.

Deinc

Deinde ſpecialem quidem jurisdictionem, ſed non ſimplicem *c* agnoſcimus.

a) Weſ.*conſ.95.num.11.* Vultej.*lib 1.Jurispr.cap.12.nu.2.* Anton.Leſcur.*in ſua prælectione de jurisdict.per tot.* Cujac. *in prælectione ad l.1.h.* Guib.Coſtan.*in memor. q.20.in fin.* Treutler.*diſp.3.theſ.1.lit.b.& d.* Bart.*in l.3.ff.de jurisdict.n.12.& ſeq.* Menoch.*3.præſumpt.97.num.18.* Zaſius *in l.jus dicentis.num.28.de jurisdict.* Pacianus *de probat.libr.1.cap.15.num.2.* Scipio Gentilis *libr.1.de jurisdict.cap.2.in pr.* Johan. Ramus *in Enchiridio Regularum* Juris *libr.2.axiom.154.* & noviſſimè Matthias Stephani *libr.1.de jurisdictione Imperii Romani cap.3.per tot.* ubi multa argumenta & textus pro communi ſententiâ adducit. Idem *cap.6.num.19.* Baro *variar.quæſt.1.fol.40.* Donellus *lib.17.com.cap.6.* Tobias Paurmeiſter *d.lib.1. de jurisdictione Romani Imperii cap.9.nu.4.* & alii *th.præced.lit. A.* allegati. *b*) I. Quia jurisdictio à mero imperio ſeparata eſt: unde quoque merum imperium appellatur quaſi purum, quòd non ſit jurisdictioni immixtum. II. Si mixtum imperium ſpecies eſſet jurisdictionis, Ulpianus proculdubio in illius definitione generis loco jurisdictionem uſurpaſſet, *l.3.ff.h.tit.* Georgius Obrecht *dict.loc.cap.2.num.13.14.& 15.* Ludovic.Charondas *in tract.de jurisdict.& imp.num.4.* Hackelman. *diſput.1. illuſtr.quæſt. theſ.25.lit.a.* Ex hisce conſequens eſt, quòd conceſſo alicui cum omni vel omnimodâ jurisdictione, **mit allem gericht/ oder mit aller gerechtigkeit/** à principe, pago, non merum imperium, ſed criminalem tantùm jurisdictionem transferri. Obrecht *d.loc.cap.1.circa finem. num.52.& ſeqq.* Ex receptâ Dd.opinione, quam ſequuntur Zaſ.*in d.l.3.nu.48.* Jaſ.*ibid.num.12.& ſeq.* Bolog.*num.42.ff.hoc tit.* Weſenb. *d.conſil.95.* Borch.*de feud.c.6.n.35.& ſeqq.* Longov.*in d.l.3.part.4.* Muſcor.*de jurisdict.num.24.& ſeqq.* Treutler.*d.loc. theſ.6.lit.f.* Niell.*diſput.feudal 3.theſ.5.lit.a.* Matth.Steph. *d.lib.1.de jurisdict.cap.38.num.10.& 11.* contrarium aſſerendum eſſet, maximè, ſi noſtrâ linguâ Germanicâ omnis vel omnimoda alicui concederetur jurisdictio, quia absq; dubio tam alta, quàm baſſa, uti loquuntur vulgò, transferretur, hoc eſt, **das hohe vnd nider Gericht/** vel **die hohe vnd**

nider Obrigkeit: Illa enim verba Alles Gericht/alle Obrigkeit/ hæc ex communi usu & consuetudine sub se continent Obrecht *d.l.c.num.56.& 57.* Simpliciter verò jurisdictionis mentione factâ, nonnulli referre putant: Utrùm controversia sit inter dominum & vasallum, aut inter vasallum & tertium; priori casu rursus, utrùm lucrativo, an oneroso titulo pagum cum jurisdictione acceperit; Illo casu æquum esse, ut dominus voluntatem suam declaret, *arg.l.41 §.1.ff.de Reg.Jur.l.17.l.19.ff.de oblig.& act.l.83.§.6.ff.de verbor.oblig.l.21.§.4.C.de jur.deliber.§.6.Inst.de legat.* Obrecht *d.c.1.n.40.41.42.43.44.45.* Hoc verò casu contra domini interpretationem fieri æquius, *arg.l.10.ff.de R.Jur.* eoq; vasallum criminalem & civilem jurisdictionē consequi, Obrecht *d.loc.* Posteriori deniq; casu tam criminalem, quàm civilem concessam intelligi existimantes, *arg.l.1.§.11.ff.Ne quis eum, qui in jus vocat. vi exim. l.7.ff.de sup.leg.* Obrecht *ibid.n.47.& 48.* At his casibus criminalem jurisdictionem non transire probabilius est, theoricâ veritate inspectâ. Ea enim non nisi nominatim & specialiter concessionis mentione factâ transit, *l.1.in princ.ff.de offic.ejus cui mand.est jurisdict.* Illa quoq; inter Dd. agitari solet quæstio, An omni vel omnimodâ jurisdictione datâ etiam Regalia concessa intelligantur, ut vectigalium impositio, monetæ cusio, jus indagandarum fodinarum metallicarum, & alia, de quibus *in tit. Quæ sunt Regal. in usibus feudorum,* agitur? Nos cum Obrecht. *d.c.1.in fin.n.59.60.61.* communē Dd. sententiam probamus, nempe sub omni vel omnimodâ jurisdictione non contineri Regalia, partim quia hæc nihil cum jurisdictione cōmune habent; partim quia soli principi reservantur; partim denique, quia non nisi specialiter à principe tribuuntur, *arg.c.quod translationē 3.ibi, sine speciali manda:* & paulò pòst, *quæ in signum privilegii singularis, extr.de off. deleg.arg.cap.1.in pr.qui cur.vend.* Sic nec ea, quæ jus superioritatis concernunt, jurisdictionis appellatione generaliter concessæ veniunt, prout ab appellatione omnimodæ jurisdictionis hæc excipi debet, Covar. *pract.quæst.c.4.nu.* Roland. à Valle *consil.78.n.15.vol.3.* Molinæ. *in consuet. Paris.tit.1.§.1.gloss.5.n.50.& seqq.* cùm ea specialem expressionem requirant, *argum.cap.1.ibi, nisi quæ specialiter, quæ sint regal.*

regalia, Menoch. *3. præsumpt. 97. nu. 28.* Natta *consil. 661. n. 7. volum. 4.* Mynsing. *consil. 39. num. 6. & 7.* Wesenb. *cons. 32. n. 11. & cons. 45. n. 21.* Vultej. *de feud. libr. 1. cap. 5. n. 7. in fine.* Matthias Stephani *de jurisdict. Rom. Imp. lib. 1. cap. 2. nu. 21. 22. & 23.* ubi plures allegat; Idem *cap. 38. nu. 16. 17. 18. 19. & 20.* Prædictis non incommodè subjicitur & illa quæstio: Quando jurisdictio præsumatur concessa cumulativè vel privativè? De qua vide Menoch. *2. præsumpt. 18. per tot.* & Petrum Heig. *novissimè part. 1. quæst. Jur. Civilis. quæst. 9.* Capool. *in l. 2. n. 190. & seq. & n. 191. de orig. jur. & in l. in toto. n. 10. ff. de R. J.* Vant. *de nullit. process. tit. de defect. jurisd. n. 26.* Pruckm. *de regal. c. 1. n. 17.* Tapiam *ad rubr. de const. prin. c. 4. n. 10. & 19.* Muscor. *de jurisd. n. 34.* Peregrin. *de jure fisci lib. 1. c. 3. n. 33.* Franc. Duar. *in l. 24. §. si quis post. de leg. 1.* Coler. *de process. execut. p. 2. c. 1. n. 126. & seq.* Mynſ. *cent. 6. obs. 99.* ubi ait ita per assessores Cameræ conclusum fuisse, Matth. Steph. *d. lib. 1. de jurisd. c. 38. n. 23.* & alii quāplurimi allegati à Schradero *part. 10. de feudis. sect. 1. n. 126.* qui omnes, quò ad principem, concessionem cumulativè, non privativè factam præsumi existimant; Contrariū tenent Angel. *in l. pen. C. de Can. larg. lib. 10.* Barbat. *c. 2. extr. de offic. delegat.* Bald. *consil. 385. incip. visis omnib. col. 2. lib. 4.* Alex. *in l. testamenta 18. colum. fin. C. de testam. & in l. Gallus 29. §. ille casus. ff. de lib. & posth. & in l. Titia Textoris 39. col. 2. ff. de legat. 1.* Aretin. *in l. quod in rer. §. si quid. ff. de legat. 1.* Corne. *cons. 30. lib. 2. consil. 15. col. 2. lib. 3.* Dec. *capit. Cæterùm. n. 6. extra de judic. & cons. 3.* Rom. *consil. 7. libr. 4.* Albert. Brun. *cons. 47.* Hippolyt. Riminald. *in l. 1. in princ. nu. 160. ff. de offic. ejus cui mand. est jurisd.* qui in dubio concessionem jurisdictionis intelligi factam putant non cumulativè, sed privativè. Has pugnantes opiniones ita conciliat Schrad. *d. part. 10. sect. 1. n. 128.* ut nimirum priorum sententia procedat in concessione jurisdictionis factâ per privilegium; Posteriorum autem in concessione jurisdictionis factâ per contractum, vel interveniente contractu. Hanc enim non cumulativè, sed privativè factam esse statuit; Idem sentiunt Marinus Freccia *in tract. de subfeudis lib. 2. fol. 205. §. nona auctoritas.* & Natta *consil. 448. n. 7. usq. ad n. 11.* Cacheran. *decis. 29. n. 8.* Cravetta *consil. 411. n. 36.* Verùm hanc distinctionem refutat Tobias Paur-

meister *lib.1.de jurisdictione Roman.Imperii cap.29.n.3.6.7. & 8.* & jurisdictionem contractu quæsitam, non privativè, sed cumulativè tributam intelligi debere contendit. Quam sententiam sequi videtur Thomas Michaëlis *in disput.de jurisdict.Rom.Imperii thes.67.lit.b. c)* Simplex enim jurisdictio in Jure nostro non reperitur; nec quicquam est jurisdictionis, quod non etiam sit mixti imperii, (puta tamen non secundùm idem & ad idem, sed diverso respectu) quia omnis jurisdictio sine imperio vana est atque elusoria. Et contrà nihil est mixti imperii, quod non etiam sit jurisdictionis, quia idcirco mixtum imperium dicitur, quòd illi jurisdictio cohæreat, vel, ut Ulpianus loquitur, quòd ei jurisdictio insit, *d.l.3.ff.h.t.* Obrecht *d.c.1.* Alciat.*2.parerg.7.& 10.* Cujac.*lib.21.obs.30* Scipio Gentil.*lib.1.cap.3.de jurisdict.* Bocer.*disp.9.thes.8.class.4.* Donell.*17.com.8.pag.29.* nisi distinguere velimus jurisdictionem simplicem ab imperio mixto, ratione diversorum actuum, non ratione personæ exercentis, cum Vultej.*cap.12.lib.1.* Jurispr.*num.4.* & Treutlero *d.loc.thes.2.lit.e. & thes.3.lit.b.in fin.* Anton.Fab.*lib.4. conject.cap.4.* Henrico à Suerin.*rep.prælect.cap.11.* Matthiæ Stephani *d.lib.1.de jurisdict.Rom.Imp.c.5.num.36.37.38.39. 40.41.& seqq. usq; ad fin.* Atque ita horum alioquin dissentientium opinio cum nostrâ conciliari potest, si nimirum negemus jurisdictionem simplicem esse, quatenus ea non potest esse penes aliquem vel mandari alicui, quin non simul & imperium mixtum ad eundem transeat. Hinc id cohærere dicitur jurisdictioni *in l.1.§.ult.& l.ult.ff.de off.ej.* hoc est, ratione personæ exercentis jurisdictionem vel imperium. Ob distinctorum autem actuum distinctas notiones eam dici posse simplicem, adeoq; ab imperio mixto rectè distingui concedamus.

4 Imperium *a* est potestas *b* jubendi *c*, cui omnino parendum est *d*. Et dividitur in Merum & Mixtum *e*. Merum *f* imperium est *g* potestas *h* ad animadvertendum in facinorosos *i* homines *k* lege datâ & definitâ *l*. Estque rursus vel plenum vel minùs plenum *m*. Plenum imperium merum est, cùm

eſt, cùm quis omnia, quæ ad merum imperium pertinent, habet *n*. Minùs plenum, cùm quis partem tantùm habet imperii meri *o*.

a) Aliâs ſignificat Regnum vel Dominiũ, ut in illo Virg.

Imperium Oceano famam qui terminat aſtris.

& in *l.7.§.ſi plures.ff.de bonis damnatorum.* Matth. Stephani *d.loc.c.6.n.1.* & *2.* Item poteſtatem ac jus Imperatoris, quod Sigon. *lib.3.antiq.cap.6.* dicit eſſe jus adminiſtrandi. Plures hujus vocis ſignificationes enumerat Tobias Paurmeiſt. *d.lib.1.de jurisd.Rom.Imp.c.9.n.6.* & *lib.2.c.1.in pr.* *b*) Quæ vox magiſtratus imperium deſignat, *l.poteſtatis. ff.de V.S.* *c*) Quia magiſtratus ex vi imperii aliquid præcipere poteſt, quod præceptum in eo conſiſtit, ut hoc vel illud fiat vel non fiat, *l.quod juſſit 14.ff.de re judic.* Obrecht *c.3.de jurisd n.2.* & *3.* *d*) Niſi pareatur, magiſtratus contumaces cogere & punire poteſt, ne ipſius imperiũ inane ſit atq; eluſoriũ, *l.ult.ff.Ne quid in loco publ. l.un.in princ. ff.Si quis jus dicent.non obtempera.* Imperio n. vis cogendi ineſt, *l.13.§.4.ff.ad SCtũ Trebellia.* Ideoq; in jure noſtro interdũ vis imperii, & interdum jus imperandi dicitur, *l.12.§.1.ff.de judic.l.32.ff.ad l.Aquil.* Obr. *d.c.3.* Diſſ. Tob. Paurmeiſt. *d.lib.1.de jurisd. Rom.Imp.c.9.n.7.* qui definit imperium partẽ jurisdictionis, quæ in explicandâ & exequendâ notione conſiſtat. *e*) Quam diviſionem Obrecht *c.3.n.6.* ex ſtatu priſcæ Reip. Romanæ metitur, cujus conſideratio tum ad leges conciliandas, tum uſum hujus materiæ cognoſcendũ, inprimis eſt neceſſaria. Fuit autem ſtatus triplex: Regius, Popularis, Imperatorius. *f*) Sic dictum, quòd à jurisdictione ſit diſcretum & ſeparatum, *l.1.ff.de offic.ejus,cui mand.eſt jurisd.* Tobias Paurmeiſter *lib.1.de jurisd.Rom.Imp.c.11.n.12.* Idq; arguit oppoſitio meri & mixti imperii. Facit quòd merum pro puro in uſu juris accipiatur, *l.5.ff.de V.O.l.31.ff.depoſ.* Duar. *lib.1.diſp.c.33.* & *ad hunc tit.c.3.* Obrecht *d.loc.c.3.n.9.* ubi refutat Bart. Alciat. Coraſ. Goveanum, alias rationes adferentes, cur imperium hoc dicatur merum. *g*) Hanc definitionem tuetur Obrecht *d.c.3.n.8.18.* & *19.* Aliter definit merum imperiũ Oldrad. Aliter Aretin. & Butrig. Aliter Albericus Roſatus. Aliter Pertican. & Bart. Aliter Angel. Zaſ. Salomõ *in l.3.*

hoc tit. Covarr.*lib.3.miscell.c.17.n.8.* Cujac.*lib.21.observ.30.* Robert.*4.sent.22.* Alciat.*2.paradoxor.7.& 8.* Gothofr.*in l. 70.ff.de R.Jur.*Bronch.*miscell.controv.cent.1.assert.7.* Duar. *ad d.l.3.h.t.* Longoval.*ibid.* Gregor.Tholossan.*in syntagm. lib.42.c.13.*Fachin.*lib.9.controv.c.44.*Treutl.*d.disp.3.th.5. lit.a.* Scipio Gentil.*lib.1.de jurisd.cap.3.in pr.* Joachim.Stephani *lib.1.de jurisd.Judaicâ.cap.2.n.5.* Matthias Stephani *d.c.6.de jurisd.Rom.Imperii.c.6.nu.21.& seqq.* Vincent.Cabot.*lib.2.disput.c.5.in fine.* scilicet quòd sit gladii potestas. *h)* Hæc potestas non est causarum criminalium cognitio, quia aliâs à jurisdictione non esset separata. Nã de crimine cognoscendo jus dicitur. Sed imperium merum est ipsa potestas & jussum, cujus vi facinorosus vel absolvitur, vel condemnatur. V. G. Is qui habet merum imperium, jubere potest ex vi imperii, ut in noxium animadvertatur, isque secundùm legem puniatur, quod notat Livius *decad.3.libr.4.* Obrecht *d.c.3.n.9.* Diss.Matth.Steph.*d.loc.c.3.nu.57.& seq. c.6.n.54.* Nihilominus autem is, qui habet merum imperium, habet etiam interdum criminalem jurisdictionem, uti demonstrat Obrecht *d.loc.c.6.per tot.*ferè. & *cap.3.n.1.* *i)* Igitur in solâ pœnarum irrogatione hoc imperium consistit, (Hinc vulgò Malefitz vnd Freißliche Obrigkeit, fendliche Obrigkeit / Blutbahn / Peinliche gericht vber haut vnd haar/hals vnd haupt/vocatur) quarum tres gradus rectè cõstituuntur ex *l.18.in princ.& §.1.ff.de pœn.* Paul. *5.sent.17.& ibi.* Cujac.*cont.1.subsec.lecti.c.13.* Obrecht *c.* *de jurisd.nu.2.& seqq.* Matth.Steph.*d.libr.1.de jurisd.Rom. Imp.c.7.n.18.& seqq.* Knich.*in comment.ad jus Saxon.c.* Dissentit post Bartol.Dec.*in d.l.3.ff.h.tit. num.40.& seqq.* Francisc.de Claper.*tract.de imper.& jurisd. concl.5.per tot.* Muscor.*de jurisd.n.70.* Mascard.*de probat.conclus.403.n.* Primi gradus pœnæ sunt, quibus caput & vita naturalis adimitur, *l.28.pr.*J.*l.21.ff.de pœnis.l.103.ff.de V.S.ibiq;* Alciat. Gœdd.*l.2.de publ.judic.* quò referri debet damnatio ad bestias.*l.6.§.6.ff.de injur.l.29.ff.de pœn.l.pen.ff.ad L.Pomp.de parric.*Cujac.*obs.36 & 13.obs.10.* Matth.Steph.*cap.9.nu.* Belvis.*in pract.crimin.rubr.de pœn.c.2.*etsi ea hodie desueta est. Farinac.*part.1.tit.3.q.19.n.18.*adeò ut in locum ejus sit decapitatio usurpetur, Marsil.*in l.1.§.legis Corneliæ.ff.ad*

Co

Corn. *de sicar.* Præterea ad hunc primum gradum pertinet vivi crematio & fumigatio, *l.8.§.2.ff. de pœn.* Matth. Steph. *d.loc. de jurisd. libr.1. cap.8.n.38.* itemq; vivi in partes disruptio, Peinliche Halsgerichtsordnung Caroli V. *cap.124.* membrorumq; corporis humani per rotam fractio, quâ in latrones & grassatores viarum solet animadverti. Secundi gradus pœnę sunt, quibus caput & vita civilis, hoc est, jus civitatis Romanæ aufertur, ut deportatio, *d.l.28.ff. de pœn.* Paul. *5. sent.17. l.5.§.3.ff. de extraord. cogn.* quę l. rectè accepta & explicata tantum abest ut contrarietur, ut potiùs hanc rem confirmet. Vide diversimodè eam interpretantes, Vult. *lib.1. disrept. cap.12.* Duaren. *1. disput. c.9.* Govean. *2. lect.41.* Cujac. *in not. ad §. minor. verb. libertas. Inst. de cap. dimin. &* *3. observ.10.* Robert. *3. sentent.9.* Ernest. Cothman. *disput.9. thes.4.* Huc pertinet proscriptio sive bannum Imperiale, des Reichs Acht. Geil. *lib.1. de pac. pub.* Matth. Steph. *d. loc. n.107. c.9.* Excommunicatio non æquè, Abb. *in c. cùm contingat. de for. comp.* Longoval, *in d.l.3.ff.h.t.* Scip. Gentil. *tractat. de jurisd. c.14.* Diss. Guid. Pap. *decis.423. in fin.* Petr. Jacob. Aurel. in practico libello *rubr.100. num.30.* Referenda quoq; huc ad triremes, aut perpetuos carceres damnatio, *cap. quamvis. de pœn. in 6.* Damhoud. *in pract. crim. c.16. & seqq.* Jure Civili tamen in servis tantùm id locum habet, *l.8. §.9. l.33. ff. de pœn. l.6. & l.10. C. eod.* Hoc jure enim carcer pœna non est, *d.d.ll.* Bronch. *cent.4. asser.79.* Matth. Steph. *d. loc. cap.8. n.48. & c.9. n.96. & 97.* Tertii gradus pœnæ sunt, quę ad coërcitionem & existimationem tantùm pertinent, ut fustigatio, *l.2.ff. de pub. jud. l.103. de V.S.* infamię in criminibus irrogatio, *l.7. ibiq;* Dd. *de pub. judic. d.l.5.§.1.ff. de extraord. cogn. t.t.ff. de his qui not. infam.* Bart. *in l.1.ff. d. tit.* Wesenb. *ibid. in par. n.2.3.4.* Huc referimus membri mutilationem, cùm capitalis pœna non sit, *arg. l.8.j.l.10.* ubi Bald. *Item §. qui test. fac. poss.* Cynus *in l.18. C. de transact.* Gœdd. *in tr. de contrah. stip. cap.6. concl.12. n.134.* Bart. *in l.2. n.12. ff. de pub. judic.* Dec. *in l.3.ff.h.t. nu.42.* Alciat. *n.1.26.* Menoch. *arbitr. jud. quæst.86. num.9. usq; ad 29.* Matth. Steph. *d. libr.1. de jurisdict. cap.10. n.31.* Scipio Gentil. *libr.3. de jurisdict. c.8.* Defend. Castr. & Alexand. *in d.l.18.* & Dyn. Has coërcitiones pensiculatè considerans Scip. Gentil. *in d. tract. de*

jurisdict. rectè respondet, communes, infimi gradus pœnas, utriq; imperio facientibus, rationem & modum diversum utrinque esse. In mero siquidem imperio ad vindictã Reip. pœnamque peccati, tum directò, tum graviùs adhibentur, in mixto pro jurisdictionis integritate atque executione militant, cujus ratio omnis moderatior ac levior quàm vis in contumaces. Cùm ergo in pœnarum irrogatione sola consistat merum imperium, hinc rectè concludimus, quòd legem condere, nõ sit meri imperii, sed ad regalia, quæ principi sunt reservata, pertineat. Vacun. à Vacun. *6. declarat. 2. num. 2.* Coras. *de art. jur. 15.* Longoval. *part. 3. c. 7. n. 27.* Fach. *lib. 9. controv. c. 94. in fin.* Joachim. Steph. *libr. 1. de jurisd. Judaicâ cap. 3. n. 3. & seqq.* Matthias Stephani *d. lib. 1. de jurisd. Rom. Imperii cap. 7. n. 8. & 9.* Dissent. Bart. & Dd. *in d. l. 3. h. t.* quos sequitur Forcat. *in Necyom. Dial. 120. n. 9.* *k)* Vivos. Nam in defunctorum cadavera exerceri non potest hoc imperium. Omnia enim ferè crimina morte extinguuntur, *l. 6. de pub. jud. l. 2. C. Si reus vel accus. mort. fuerit.* Excipiuntur rei atrociũ scelerum, in quos mortuos exerceri potest, *l. ult.* ubi Bart. & Dd. *de sepulch. viol. tot. tit. ff. de cadav. pun.* Wes. *in par. ibid.* Muscot. *d. tract. n. 46.* Matth. Steph. *d. c.* [illegible] *de jurisd. n. 133. & 134.* quales sunt rei læsæ majestatis, *t. t. ff. & C. ad l. Jul. majest. & l. 5. C. eod.* Imò in ipsis liberis tam grande nefas, scil. crimen læsæ majestatis, vindicatur, cùm paterni sceleris exemplum in iis metuendum sit, quibus pœna remittitur, habent, quod specialiter Imperatoriæ lenitati, non propriis meritis acceptum ferant; aliâs æternâ egestate puniantur, sit eis mors solatium, & vita supplicium *d. l. 5. C. ad l. Jul. majest.* Scipio Gentil. *d. tract. lib. 3. cap. 4.* Sed quæritur, an is, qui merum imperiũ habet, possit cadavera suspensorum, rotæ impositorum, vel aliter ob furtum, homicidium, simileq; aliud delictum punitorum, Medicis anatomen concedere? Affirmativa sententia usu recepta est & indies passim frequentatur, quam communem attestatur, astruunt & defendunt Franc. Rip. *in tract. de pest. cap.* [illegible] *remed. preservat. contra pest. nu. 142.* Gomez. *tom. 3. variar. resolut. cap. 14. nu. 9.* ubi refert in fine, quòd anno 1550. Carolus V. Imperator consuluerit super hac re Universitatem Salmanticensem, & respondisse Universitatem, licere. Idem prob

probat Julius Clarus *5.recept.sentent.§ fin.quæst.ult.num.2.* Menoch. *2.arbit.jud.quæst.cent.3.cas.3.* Rationes collegit Speckhan.*cent.1.quæst.8.* & novissimè Matthias Steph.*lib.1.de jurisdict.cap.6.nu.140.141.142.143.144.145.146.* & *147.* Tobias Paurmeister *cap.27.num.41.libr.1.de jurisdict.* An autem supplicio destinati, etiam vivi, medicis ad anatomen concedendi sunt? Neg.*arg.l.1.§ 1.ff.de extraord.cogn.* Marquard.Freher.*1.parerg.c.15.* Speckh.*cent.1.quæst.7.* Sed hæc obiter. Ulteriùs quæritur, an in bruta animalia exerceri possit merum imperium. Neg. Non enim puniuntur delicta sine animo & culpâ commissâ, quorum neutrum in bruta animalia cadit, *l.1.ff.Si quadr.paup.fec.dicat.* & licet interdum interficiantur, id tamen neutiquam pœnæ infligendæ, sed memoriæ tantùm criminis extinguendæ causâ fit, *Exod.21.Levit.20.cap.mulier 15.quæst.1.* Zalius *in l.3.nu.33.h.tit.* Matthias Stephani *d.lib.1.de jurisdict.* *Rom Imperii cap.6.nu.162.163.164.165.* & *166.* Francisc.de Clap.*de imp.* & *jurisdict.nu.46.* Vide novissimè Petr.Heig *part.2.quæst.jur.civ.quæst.37.num.15.22.* & *q.3.* *l)* Obrecht *d.loc.cap.3.num.8.* *m)* Obrecht *d.loc.cap.3.* *n)* quale olim habuit populus, Obrecht *d.cap.3.nu.13.* & *cap.6.num.22.* *o)* ut Præses jus gladii, & in metallum damnandi habet, non autem habet jus deportandi, *l.illicita 6.§.8.ff.de offic.præsid.* Obrecht *d.c.3.n.13.*

5 Hoc imperium merum olim in primo Reipublicæ Romanæ statu habuerunt Reges *a*, & ab his creati Duumviri *b*: Exactis verò Regibus in Republica libera Consules *c* ab initio *d*, quæstores rerum capitalium *e*, dictator *f*, decemviri *g*, triumviri capitales *h*, Prætor provincialis *i*, Proprætor & Proconsul *k*, populus *l*. Hic autem solùm habuit imperium merum *m*, illi etiam criminalem jurisdictionem *n*. Denique in summos Principes seu Imperatores omni potestate gubernationis translatâ, simul etiam merum imperium translatum fuisse, minimè dubitan-

dum est *o*. Ab hisce unà cum jurisdictione criminali imperium hoc concessum fuit, senatui *p*, præfectis prætorio *q*, & horum vicariis *r*, præfecto urbi *s*, magistro militum *t*, præsidi *u*, proconsuli *x*, Comiti Orientis *y*, & præfecto Augustali *z*.

a) *L.2.in princ.ff.de origin.jur.* Dio *lib.2.* Livi.*lib.6.dec.1.* Ex quibus constat, Reges causas capitales & duriores injurias tractasse, ac leviores senatui cognoscendas permisisse. Non tamen solos tractasse causas capitales, sed adhibitis aliis in consilium. Obrecht *d.loc.cap.6.nu.5.* b) Capitales, quos primus creavit Tullus Hostilius tertius Romanorum rex. *c)* Duo autem creati sunt in unius Regis locum, ut si fortè alter superbiùs agere vellet, ab altero, cujus par esset potestas, cohiberi posset. Non est dubitandum, hos merum imperium habuisse, quia sine jussu populi de civium facinoribus cognoscere, & in illorum capita animadvertere potuerunt; argumento est Brutus primus Consul, qui de conjuratione filiorum, aliorumque nobilium adolescentium cognovit, inque eos ultimo supplicio animadvertere jussit, ut testis est Livi.*d.lib.1.dec.1.* Obrecht *d.cap.6.nu.14.* *d)* Dico: ab initio. Nam postea lege latâ factum est, ut ab iis provocatio esset, néve possent in caput civis Romani animadvertere. Solum relictum est illis, ut coërcere possent, & in vincula publica duci juberent, *d.l.2.§.16.de orig.jur.* Obr.*d.c.6.nu.23.* e) Festus *lib.14.* *d.l.2.§.23.* Obrecht *d.c.6.* *f)* Alio nomine magister populi dicebatur, & summam planè & regiam penè habuit potestatem, nec ab eo provocandi jus fuit. & tam de criminib. cognoscere, quàm in sontes ultimo supplicio animadvertere potuit, *d.l.2.§.18.* Obrecht *d.cap.6.n.17.& 18.* g) Liv.*lib.3.* Dio *libr.10.* Halicarn.*lib 10.d.l.2.§.24.* *h) d.l.2.§.30.* Salust.*in conjur.Catilin.* Obrecht *d.c.6.num.19.* *i) d.l.2.§.32.* Obrecht *d.cap.6.n.20.* *k)* Habuerunt hi potestatem quærendi de criminib. & à confessis & convictis, aut pœnas legibus constitutas, aut pro delicti modo arbitrarias exigendi, *l.7.cum seqq.ff.de offic.procons. l.ex omnibus 10.cum seqq.ff.de offic.præsid.*

Obr

Obr. *d.cap.6.n.20.* *l)* Qui exactis regibus eam potestatem sibi reservavit, quæ non ad jus dicendum, sed ad popularem statum & publicam libertatem conservandam pertinebat. Obrecht.*d.c.6.nu.22.* *m)* Etsi, uti modò dictum, primi quoque Consules & Quæstores rerum capitalium, item Triumviri capitales, Dictatores atq; Decemviri merum habuerint imperium, tamen in primis consulibus non fuit diuturnum. Nam primo anno id eis ademptum fuit, teste Livio *lib.2.* & non diu mansit penes Quæstores rerum capitalium, quod vel inde constat, quòd eorum longè rarissima est mentio in veterum scriptis. Sic etiam in Triumviris capitalibus hoc imperium tantùm ad personas viles fuit restrictum, & in Dictatoribus & in Decemviris fuit extraordinarium. Itaq; non malè dici potest, merū imperium vel potestatem gravioris coërcitionis in cives Romanos antiquitùs in urbe Roma apud solum fuisse populum, Muret. *in tr. de jurisd. & imp.* & Obrecht.*d.c.6.n.22.* *n)* Obrecht.*ibid. num.11.12.13. & seqq. usque ad num.21. inclusivè.* *o)* Obrecht.*d.loc.num.38.* *p)* Sueton. Eutrop. Spartia. Plin. Ergo non potuit tempore Impp. ampliùs dici, supplicium de Reo sumere, non esse Senatorium, uti Cicero suo tempore orat.9. in Verrem affirmavit. Obrecht.*d.loc.num.41.* *q) l.3. C.de off.præf.præt.orient. & Ill.l.un. ff.de off.præfect.præt.l.nequis 38.C.de Decurion.* Obrecht.*d.c.6.n.42.* *r)* Qui hanc potestatem à Principe acceperant, ut penè idem, quod præfecti prætorio possent. Unde *in l.1.C. de offic.vicar.* dicitur; Vicariorum dignitatē præfecturæ Prætorianæ portionem trahere. Cujac.*in Par.ibid.* & Obrecht.*d.c.6.n.45.* *s)* Cujus tanta potestas est, ut omnibus magistratibus urbanis antecellat, *l.3.ff.de offic.præf.urb.* & in omne, quod non modò intra urbem, sed etiam intra centesimum lapidem ab urbe committitur, animadvertere queat, *l.1.§.1.d.t.* Hinc habere dicitur potestatem in insulam deportandi, *l.2.de pœn.l.6.ff. de interd. & releg.* Obr.*d.c.6.n.46.* t) *Per l.1.C.de offic.magistr.milit.* Obrecht.*d.c.6. nu.47.* u) *l.4.l.6.l.10.ff.de offic. præs.* Petr. Fab.*in l.70.num.10.ff.de R.Jur.* Forcat. *Dialog.210.* Hackelman. *disput. illustr.quæst.1. thesi 27.libr.1.* Diss. Musculus *in tract.de jurisd.nu.95.usque ad nu.102.* Hotom.*lib.3. obs.12.* Non habuit tamen præses jus deportādi, *l.2.§.1.ff.de*

pœn.l.6.§.1.ff.de Interd.& Releg. Cujac.*ad l.6.§.ejus qui.ff.de injust.rupt.*Pet.Fab.*d.loc.*Bronch.*cent.1.miscell.contr.ass.*12. x) *l.7. cum duabus seqq.ff. de offic.Proconf.* Obrecht.*d.c.6.n.50.& 51.* y) *l.un.C.de off.Com.orient.* Obrecht.*d.c.6.n.52.& 53.* z) Qui etiam præfectus Ægypti appellatur,*l.35.§.3.ff.ex quib. caus.major.* & quòd habuerit merum imperium cum criminali jurisdictione,probat Obrecht.*d.c.6. nu.55. arg.l.2.C.de off.præf.August.* Ex hisce apparet error Lotharii,qui Cæsaris gratiam captans,solum Imperatorem merum imperium habere respondit; cujus opinionem licet probet Alciat.*lib.2.paradoxor.cap.6.*tamen vera non est.Secundùm veriorem enim communem Dd. sententiam alii etiam magistratus non solùm exercitium & administrationem,sed etiam jus & proprietatem meri imperii habent,Azo *in sum.C.de jurisd.*Matthias Stephani *lib.1.de jurisd.c.11. num.10. & seqq.* Obrecht.*cap.4.nu.7.*Bronch.*cent.1.ass.10.*

6 Hodie Imperium Romano Germanicum consideramus,vel ut unum corpus,vel ut corpora diversa *a*. Priori casu illius caput est Imperator *b*, membra sunt Status Imperii *c*, & constant ex septem Electorib. *d*, Marchionibus, Ducibus, Principibus, Comitibus, Baronibus *e*, &c. Atque hoc casu Imperium totum unà cum criminali jurisdictione merum imperium habere certum est *f*. Posteriori casu omnes ferè Status *g* Imperii vel concessione Imperatoris, vel præscriptione, vel consuetudine *h*, idem cum criminali jurisdictione usurpant,& etiam mandant *i*.

a) Obrecht.*d.c.6.circa fin.n.72.* *b)* Summus Princeps & Monarcha.Pet.Heig.*p.1.quæst.jur.q.2.nu.12.13.14.15 16 17 18.19.20.21.22. & seqq.* Diss. Bodin.*lib.2. de Republ.c.6 & alibi passim,& in Methodo Historiarum,cap.6.*de Electioni Imperialis forma perpetuò servanda,& de quæstione, An quis extraneus ad Imperii Romano-Germanici fastigium assumi debeat,qui Germaniam patriam laudare non possit vide accuratè post alios à se citatos disserentem Petr.Heig *d.par*

d.part.1.quæst.5.per tot. Imperator in Comitiis proponere solet, uti apparet ex Imperii Recessibus, Reichsabscheid. Ab Imperatore seu summo principe jurisdictio dicitur in jus dicentes fluere & ad eundem refluere, uti ex Oceano flumina fluunt & ad eundem refluunt. *l.1.ad l.Jul.de amb.l.sacrilegii.C.de divers.rescript.l.1.C.de constit.princ.l.1.§.cum urbem.ff.de offic.præf.urb.* ex Baldo refert Pacian. *lib.2.de probat.c.43.n.7.& seq.* Carol. Tap. *in rubr.de constit.princ.c.4.n.10.* Vant. *de nullit.process.ex defect.jurisd.nu.10.* Molinæus *in consuet.Paris.tit.1.§.1.gloss.5.nu.49.* Valasc. *de jur.emphyt.quæst.8.nu.21.* Grammat. *decis.46.n.1.& 4.* Andr. Knichen. *in comment.ad jus Saxon.verb.Ducum Saxoniæ.in princ.* Hierony. Magon. *decis.Lucens.30.nu.2.* Thomas Michaël *in disp. elegantissima & doctissima de jurisdict. Roman. Imperii thes.1.lit.c.* & Matthias Stephani *in tract.de jurisdict.Rom.Imperii lib.1.cap.2.num.26.* *c)* Commodè hîc quæritur, an in Comitiis Imperii duo duntaxat Statuum consilia sint, Electorum videlicet, & Principum, an verò tertium iis adjungendum sit, liberarum Imperii civitatum, der Reichs stätten. In dubium hæc res vocata fuit anno 1523 in Comitiis Norbergensibus, uti apparet ex Sleidano *lib.4.pag.mihi 91.in fine.* Sunt tamen, qui pro liberis civitatibus disputant, Andr. Gail. *lib.1.observat.21.num.2.& lib.2.observat.57.num.7.* Obrecht. *dict.cap.6.in fin.77.78.79.* Arnold. Reig. *disput.process.3.in paradox.polit.* Harprecht *in coroll.1.disput.14.ad Instit.* Quia civitates liberæ immediatè Imperatorem recognoscentes in suo districtu & territorio jura Principis habeant, & vicem Principis obtineant, Gail. *d.observ.57.n.7.* Sed hunc refutat Andr. Knichen *in Epopsi nu.65.66.67.68.69.70.71.& passim alibi.* *d)* Horum alii sunt Ecclesiastici, alii Seculares. Ecclesiastici tres sunt: Archiepiscopus Moguntinus, qui est Imperii Romani Archicancellarius per Germaniam; Archiepiscopus Trevirensis, qui est Imperii Romani Archicancellarius per Galliam; & Archiepiscopus Coloniensis, qui est Imperii Romani Archicancellarius per Italiam. Seculares sunt: Rex Bohemiæ, sacri Romani Imperii Archipincerna. Comes Palatinus, sacri Romani Imperii Archidapifer. Dux Saxoniæ, sacri Romani Imperii Archimarschallus. Marchio Brandenburgic⁹ sacri Romani

Imperii Archicameratius. Comes Palatinus Elector hac præter cæteros dignitate condecoratus est, quòd coram ipso uno Imperator Romanus convenitur, & de istis, quæ ipsi moventur, litibus respondere tenetur. Hoc autē judicium Elector Palatinus non alio in loco, nisi in sola Imperiali Curia, ubi Imperator præsens est, exercere poterit, sicut videre est ex aurea Bulla Caroli IV. Imperatoris, *tit.5.* De horum autem Principum Electorum in Germanico Imperio primâ institutione seu origine & numero opiniones varias vide apud Petrum Heig *part.1.q.3.* De eorundem constituendorū causa, prærogativa & dignitate amplissima, juribus etiam ac privilegiis, ac nominatim de aurea Bulla & sanctione Carolina, vide Heig. *d.loc.c.4.* *e)* Rationes horum nominum indagat Pet. Heig. *d.part.1.quæst.2.nu.33.& seqq.* *f)* Obrecht. *d.c.6.circa fin. n.76.* *g)* Electores, Duces, Principes, Comites, Barones, criminalem jurisdictionem & merum imperium habere, extra dubiū est, quia sunt perpetui magistratus, & plerumq; universas regunt provincias, juxta *l.6.§. qui universas.ff.de off.præfect.* Idem ferè in civitatibus quæ superiorem non recognoscunt, nisi Cæsarem, præscriptione obtinere, tradit Obr. *d.c.6.in fin.n.80.* *h)* Nam ex usu præscribi potest mero imperio. Wes. *in Par.ff.h.t.nu.9.& cons.95.n.6.& 7.* & Myns. *consil.25.n.16.20.21.* Tob. Paurm. *lib.1.de jurisd. Rom.Imp.c.21.nu.14.& seqq.* *i)* Treutl. *d.loc. th.6.lit.g. & h.* Cagn. *ad l.70. de* R.J. Gœden *cons.34.nu.12.* Hinc notant Dd. de consuetudine delegari merum imperium, eò quòd sub magistratus nomine merum imperium hodie datur, illudq; magistratûs officio adnexum est, Guido Papæ *decis.624.* Cabot. *2.disput.1.* Cujac. *in l.2.§.cùm ærarium. in verb. consulibus. ff. de origine jur.* Matthias Stephani *dict.lib.1.de jurisdict.cap.18.num.71.*

7 Verùm de Jure Civili merum imperium, ut & criminalis jurisdictio, neque præscriptione acquiri *a*, neque mandari *b* possunt, exceptâ exercitione judicii publici de vi *c*.

a) Quia merum Imperium non nisi speciali jure, & plerumque ad certas causas, certumq; tempus tributum fuit quemadmodum etiam criminalis jurisdictio, *l.1. in prin. ff.*

ff. de offic. ejus cui mand. Nemo enim de crimine civis Romani cognoscere, multò minùs in ejus caput sine jussu populi, Senatus, Principísve animadvertere potuit, *d. leg. 1. in princ.* Imò merum imperium elapso sibi præfinito tempore retinens, pœnâ l. Juliæ Majest. afficiebatur, *leg. 3. ff. ad l. Jul. Majest.* Hinc etiam est, quòd in alium transferri non possit, *l. 70. ff. de R. J. l. 6. ff. de offic. proconf.* Quæ autem in alium non transferuntur, præscribi nequeunt, *l, 2. C. de usu. praempt. l. Herennius. de Decur. l. competit. C. de præsc. 30. vel 40. annor.* Porrò & alius erat apud Romanos Reip. status: dignitates enim, munera publica, ut officium Præsidis, Proconsulis, Dictatoris, non transibant in heredes, ut hodie in Feudis Regalibus & aliis accidit, sed ut personalia cum personis extinguebantur, uti videre est apud Fenestellam & alios. Hæc est Hostiensis & Bartoli sententia, quam tuetur Obrecht. *c. 4. n. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. d. tract.* & Treut. *d. loc. thesi 7. lit. c. & thes. ult. lit. b.* dicens, juri veteri non esse eam incongruam; & Hackelm. *disput. 1. illust. quæst. thes. 29. lit. a.* Tobias Paurmeister *lib. 1. de jurisdict. Rom. Imp. cap. 21. n. 7 & seqq.* Diss. Accurs. & communiter Dd. quos sequuntur Fachin. *lib. 8. controv. c. 23.* & Bronch. *cent. 1. miscell. controv. assert. 9.* b) *L. 1. ff. de offic. ejus cui mandat. est. l. 11. ff. de offic. Procons. l. 70. ff. de R. J. l. 2. §. cùm ærarium. ff. de origine jur.* Obrecht. *d. l. c. 5. n. 1. & seqq.* Scipio Gentilis *lib. 3. de jurisdict. cap. 27.* Matthias Stephani *d. lib. 1. de jurisdict. Rom. Imp. cap. 18. num. 24. & seqq.* Tobias Paurmeister *lib. 1. de jurisdict. cap. 24. num. 22.* Hippolytus à Collibus *ad d. l. 70. ff. de R. J.* Vult. *ad §. 7. Inst. de mandat.* Walter. *lib. 2. miscell. cap. 9. in princ.* Bronch. *cent. 1. assert. 11.* Quid dicendum de jure Canonico? Nec eo jure mandari imperium posse putamus à seculari Magistratu. Nullus enim in libris juris Canonici extat locus, quo hac in parte jus civile correctum probari possit. Ergo adhuc illi standum, *arg. cap. 2. de nov. oper. nunciat.* Covar. *lib. 3. variar. resolut. cap. 20.* Muscor. *de jurisdict. num. 32.* Alciat. *ad cap. quòd sedem. de offic. ordinar.* Vultejus *de Jurisp. c. 14. n. 61.* Fachin. *9. controv. c. 99.* Giphan. *ad d. l. 70. in fin. ff. de R. J.* Matthias Stephani *d. lib. 1. de jurisdict. c. 18. num. 68. 69. 70. 71.* Scipio Gentilis *lib. 3. de jurisdict. cap. 29.* Dissentit Felin. *ad d. c. quod sedem. nu. 8. de offic. ordinar.* Wes.

in par. de jurisd. num.11. Gœden. *consf.31. num.31.* Longoval. *de jurisd. par.3. c.4. nu.6.* Phil. Matth. *ad d.l.70. n.8.* Treut. *d. loc. th.6. in fin.* c) *dict. l.1. ff. de offic. ejus.* Sed quæritur I. An nō hoc ad alia judicia publica extendi possit? Negamus eò extendi posse. Cùm enim Papinianus nominatim de exercitione publici judicii de vi loquatur, *d.l.1* eoq; casu contra jus commune merum imperiū in alium transferendi potestatem concedat, strictè quoq; id accipi, nec ad alios casus produci debet, *arg. l.141. in pr. ff. de* R.J. Obrecht. *d. loc. c.5. nu.23.* Bronch. *cent.1. assert.11. in fin.* Diss. Treut. *d.l. thes.6. lit. d.* cujus sententia tamen Carolinâ constitutione art.2. probari videtur, Boc. *clas.4. disput.9. thes.57. in fin.* Matthias Stephani *d. lib.1. de jurisd. cap.18. n.39.* II. Quæritur, an in casu infirmitatis mandari possit merum imperium? Affirmat Obrecht. *d.c.5. n.21.* & Bocer. *d. loc. th.19.* Treutl. *d. loc. th.6. lit. d.* quam sententiam confirmat constitutio Carol. *d. art.2.* At negativam veriorem putamus cum Fulgos. Bellarmato *in d. l.1. ff. de offic. ejus &c.* & Muscorn. *de jurisd. n.133. & seqq. usq. ad n.136.* & Matthiâ Stephani *d.c.18. n.43. & seqq.* Hoc enim casu nullâ lege merum imperium mandari permittitur. Ergo transferri nequit, *arg. d.l.1.* Nec obstat, quòd eadem infirmitatis quæ absentiæ ratio, *l.10. ff. de excus. l.2. §. fin. l. seq. ff. de procurat.* Id enim non obtinet in iis, quæ contra rationem juris recepta sunt, *l.14. ff. de ll.* Imò ex *l.2. §. quem ita senio. ff. de vacat. & excus. muner.* colligitur, non esse in hac re eandem rationem absentiæ & infirmitatis sive morbi, utpote, cùm in eâ vigor animi potiùs & prudentia requiratur, quàm corporis labor aut firmitas virium; Matthias Stephani *d. cap.18. num.46.*

8 Mixtum *a* imperium est potestas, quæ in leviori seu modica coërcitione *b*, & quolibet civili decreto, seu jussu interponendo consistens *c*, jure Magistratus *d* competit *e*, adeóque mandari potest *f*. Hujus imperii *g* est judicis dandi licentia *h*, missio in bonorum possessionem *i*, restitutio in integrum *k*, quædam mulctæ irrogatio *l*, & id genus alia *m*, non verò tutoris datio, qua

tio, quæ neq; imperii est, neq; jurisdictionis *n*, sed legis.

a) Ita appellatum, quòd jurisdictioni cohæreat vel insit, *l.3.ff.h.tit.l.1.ff.de offic.ejus.* Obrecht.*d.c.3.circa fin.n.21.* & *22.* Donell.*lib.17.com.7.* Scipio Gentil. *l.1.de jurisd.c.5.* Matth.Steph.*lib.1.c.12.n.12.* Bocer.*d.loc.th.38.* Diss.Accurs. autumans, mixtum dici, quòd ad ejus constitutionē & merum imperiū & jurisdictio concurrat, sed malè: cùm à mero imperio specie differat, *l.3.ff.h.tit.* Aliter dissentit Bart.& comm.Dd. b) *d.l.3.h.tit.l.26.ff.ad Municip.* Matthias Stephani *lib.1.de jurisd.Rom.Imp.c.12.n.1.2.3.4.5.*& *6.* c) *d.l.3.l.4.ff.h.tit.d.l.26.in pr.l.potestatis 215.ff.de V.S.* ubi Gœdd. *n.2.* Dissent. Dd. variè in definiendo mixto imperio, Bart.& vulgò Dd. quos tueri conatur Muscornius *d.tract.num.151.* definiunt jurisdictionem, quæ nobili judicis officio expeditur, privatam utilitatem principaliter respiciens, cùm tamē juris authoritas nobile judicis officium non agnoscat, Obrecht.*d.cap.3.num.24.* & passim alibi *in d.tract.de jurisd.* Bocer.*d.loc.thes.35.* Gœdd.*ad l.22.num.18.de V.S.* Aliter definit Alciatus *lib.2.parerg.c.8.* Aliter Coras.*lib.3.Miscellan.cap.17.* Cujacius *lib.21.observ.30.* Duar.*lib.1.disp.cap.53.* Ant. Faber.*4.conject.4.* Fachin.*9.controv.95.* Plerasque horum definitiones examinat Obrecht.*dicto loc.* d) *l.1.ff.de officio ejus* & *c.l.3.ff.h.tit.* Obrecht.*d.c.3.n.14.*& Treut.*d.loc.th.6.lit.b.* Idque verum est non tantùm de Magistratu Romano; sed etiam municipali, qui licet non possit dare bonorum possessionem, *l.26.ff.ad Municip.* tamen potest jubere cavere in casu *l.1.*& *4.ff.de damn.infect.* habet & pignoris capionem & modicam coërcitionem, *l.1.§.1.l.3.§.3.ff.de rebus eorum, qui sub tutel.l.quemadmodum.§.Magistratus.ff.ad l.Aquil.l.ult.ff.de jurisdict.l.17.ff.qui & à quib.mand.l.12.ff.de jur.dot.l.15.§.adjicitur.ff.de injur.* Cujac.*in l.1.ff.de offic.ejus.lib.1.quæst.Papiniani.* Petr.Gregor.Tholosan.*lib.47.Syntagm.jur.universi cap.13.in princ.* Vaud. *lib.1.quæst.22.* Obrecht.*de jurisdict.cap.11.* Paulus Busius *libr.2.subtilitatum juris cap.14.* Matthias Stephani *d.libr.1.de jurisdict.Rom.Imperii cap.12.num.31.32.*& *seqq.* Dissent. vulgò Dd. derogantes Magistratui municipali mixtum

imperium, quos sequitur Bronch. *cent.1. Miscel. controv. asser.11.* Porrò idem Magistratus municipalis habuisse videtur & mulctæ dictionem, *arg. l.2. §. ult. ff. de jud. & l.5. C. de defens. civitat.* ubi Cujac. *in Parat.* & ad Papin. *quæst. lib.1. p.12. col.2.* Duar. *lib. disput. cap.50. & ad tit. ff. Si quis jus dicēt. non obtemper.* Diss. Anton. Fab. *in rat. ad l.1. ff. Si quis jus dicent. non obtemp. & ibidem in Paratit.* Wes. *n.3. & 4.* *e)* Hodie etiam judicibus & primoribus approbatorũ Collegiorum in causis, quæ ad ipsorum jurisdictionem pertinent, *l. fin. C. h.t. arg. l. ult. §.1. ff. de off. ejus, &c.* Item Rectoribus Academiarum seu scholarum publicarum, per *Auth. habita. C. ne fil. pro patre.* Muscor. *d. tract. n.75.* Matthias Stephani *lib.3. de jurisdict. part.2. cap.12. num.89.90.91.92.93.94. & 95.* Diss. vulgò Dd. ad *d. Authent.* & Long. *ad l.3. h.t.* jurisdictionem simplicem tantùm tribuentes. Sed quæritur, an Rectores Academiarum cum suis consiliariis sive collegis in conciliis & consistoriis Academicis etiam merum imperium habeant? Affirmant Gl. *in d. auth. habita. C. ne fil. pro patre.* Br. *ibid. n.4. in fin.* Clarus *§. fin. q.35. n.23.* Panorm. *q.6. n.6.* Horatius Lucius *de privi. Schol. privil.65. vers. primò amplia &c.* Scodobius *in d. auth. vers. Veruntamen. n.1. fol.126.* Abbas *in c. si quis contra. extra de foro compet.* Christophor. Cuppener. *in comment. ad d. auth. pag. mihi 121.* Jul. Pacius *in lib. sing. ad d. auth. cap.9. n.13.* & novissimè Matthias Stephani *lib.3. de jurisdictione. part.2. c.12. n.97. & seqq. usq; ad n.130.* qui ad decem argumenta contraria respondet. Negativam tenēt Bald. Angel. Castr. Cujac. Sichard. *in d. auth.* Muscorn. *de jurisdict. n.76.* Lucas de Penna *in l.2. C. de privil. Schol. lib.12.* Jas. *in l.3. nu.52. ff. de constit. pec.* Donel. *lib.17. comm. c.20.* Petrus Heig. *part.2. quæst.11. num.7. & seqq.* Vultejus *in l.10. C. ubi caus. Fiscal. num.3.* f) *l.2. ff. hoc. tit. l.1. in fin. l. fin. §.1. ff. de offic. ejus. &* Johan. Long. *in dicta leg.3. pag.206. & seqq.* Muscorn. *d. loc. nu.172. & seqq.* Francis. de Claper. *de jurisd. conclus.16.* Alciat. *lib.2. paradox. c.1.* Donel. *lib.17. com. cap.1.* Govean. *lib.2. de jurisd.* Wes. *in parat. h. nu.11.* Bronch. *cent.1. assert.12.* Fachin. *lib.9. cap.98.* Scipio Gentilis *lib.2. de jurisd. cap.24.* Obrecht. *de jurisd. c.10.* Matthias Stephani *lib.1. de jurisd. cap.18. num.85.86. & seqq.* Diss. Jason *in d. l.1. ff. de officio ejus cui &c.* Zas. *ibid. num.3. &* Curt. *num.41.* Covar.

pract.

tract.quaest.c.3.num.9. Imò non tantùm specialiter, quæ jurisdictionis & mixti imperii sunt; verùm etiam generaliter mandari possunt, *l.solet 16. & ll.seqq.ff.h.t.* Diss.Men.*lib.1. arbitrar.jud.quæst.74.num.20.21.& seqq.* distinguens inter mixtum imperium, quod jurisdictioni inest & ei cohæret, at illud non aliter, quàm si specialiter mandatum fuerit, hoc verò delegatione generaliter factâ etiã transire existimans. Malè. Nulla enim inter inesse & cohærere jurisdictioni differentia reddi posse videtur, cùm utriusque verbi eadem penè vis ac potestas sit. Et hanc sententiam Menochii improbat quoq; Anton.Fab.*lib.4.conject.* & post eum Matth. Stephani *d.cap.18. num.96.97.98.99.100. cap.4.* g) Quod Bart. & vulgò Dd. malè in sex gradus distinguunt, uti bene demonstrat Bocer.*d.loc.thes.43.44.45.46.47.48.49.50.51. & 52.* h) Non enim in cognitione ac dijudicatione causæ consistit, imò potiùs ideo prætor judicem dat, ut ipse judicandi necessitate liberetur, *l.3.C.de pedan.judic.* Deinde fac. *l.12.§.1.ff de jud.* Coras.*in l.1.n.26. & in l.3.num.28.ff.h.tit.* Alciat.*lib.2.paradox.c.7.* Diss.Duar.*ad hunc t.c.4.* Donel.*l. 17.com.c.8.p.27.v.mixtam.&* Boc.*d.l.th.40.* Fachin.*9.controv.c.96.* Treut.*d.l.th.4.lit.a.* Ant.Fab.*in rational.ad d.l.3. ff.h.t.* i) *l.3. & 4.ff.h.tit.l.4. §.1.ff. de off.ejus. & l.26.ff.ad Munic.* Wes.*in Par.ff.h.n.6.* Treut.*d.loc.lit.b.* Diss.Longov. *in d.l.3.&* Franc.de Claper.*d.tr.concl.11.n.1.* Ant.Fab.*lib.4. conject.c.4.& ad l.3.& 4.ff.h.t.* Bocer.*d.loc.th.40.* k) *d.l.3. & 4.h.t.& d.l.26.ff.ad Munic.* Treut.*d.loc.lit.c.* Diss.Long. Franc.de Claper. Anton.Fab.Boc.*d.loc.* l) Distinguimus enim inter mulctam graviorem, quæ facinorosis pœnæ loco irrogatur; & leviorem, quę contumacibus jurisdictionis defendendæ causâ infligitur, hanc mixto, illam mero imperio attribuentes cum Govean.*lib.1.lect.jur.variar. cap.penult. & in d.l.3.ff.h.tit.* Diss.Cujac.*in l.2.§.14.ff.de origin.jur. & in l.1.Quæst.*Papin.*p.12.col.1.* mixto imperio mulctam simpliciter adscribens. Aliter diss.Gœdd.*ad l.131.§.1.n.6.ff.de V.S.* jurisdictioni eam attribuens. Aliter Muscor.*d.loc.nu.114.* & Menoch.*lib.1.arb.jud.quæst.cas.74.num.12.* & Dd. communiter mero imperio duntaxat eam vindicantes, quorum sententiam, ait Treutlerus *dicto loco thes.4.lit.e.* eatenus hodie veram esse, quatenus pœna infligenda corpori sæpe ex

causa mutatur in pecuniariam. Vid. Villalob. *in lit. n. nu. 71.* ibique Fichard. *in add. 2.* Clar. §. *fin quæst. 85. per tot.* Constitut. Carol. *art. 157. & seq.* Quod an & quatenus liceat, prolixè explicat Farinac. *part. 1. tit. de delictis. quæst. 17. per tot.* *m)* De quibus vide Bocerum *d. loc. thes. 39.* Obrechtum *in tract. de jurisdict. cap. 12. & alibi* Joachimum Stephani *lib. 1. de jurisdict. Judaica cap. 4.* Vincentium Cabot. *lib. 2. disput. juris cap. 8.* Scipionem Gentilem *lib. 1. de jurisdict. cap. 2. & aliquot seqq.* n) *leg 8. in princ. ff. de tut. & curat. dat. & arg. l. 19. eod. tit. & §. permissum. Inst. de tutel. & express. text. in l. 6. §. 2. ff. de tutel.* Bellon. *lib. 1. supput. cap. 2.* Corasius *lib. 5. Miscellan. c. 24.* Salomon. *in l. 1. ff. de offic. ejus cui mand. & num. 4.* Vacon. à Vac. *lib. 6. declarat. 78. num. 13. cum seqq. & cap. 79. num. 11.* Cujac. *lib. 7. observ. 17. circ. fin.* Donell. *lib. 3. com. c. 7. & lib. 17. c. 8. pag. 27. vers. mixtum. pag. 30. pr. & pag. 33. vers. Tutoris datio.* & Bronch. *cent. 1. assert. 13.* Vult. *ad §. 3. Inst. de Attilia. tutor. & ibidem* Petr. Heigius *n. 6. 7. 8. 9. & ad §. 5. n. 2. 3. &* 4. Matth. Stephani *d. lib. 2. de jurisd. Rom. Imperii cap. 4. n. 5. 16. 17. 18. & seqq.* Diss. Accurs. *in d. l. 60. §. 2. ff. de tut.* Muscor. *de jurisd. nu. 168. & seqq.* Hodie tamen ex recepta consuetudine tutoris datio jurisdictionis vel mixti potiùs imperii est, & cuilibet ordinariam jurisdictionem habenti suo, hoc est, Magistratus jure competit, Bartol. *in l. 1. n. 4. ff. de tut. & curat. dat.* Schneid. *in §. 5. Inst. de Attil. tutor.* Gail. *lib. 1. obs. 1. n. 48.* Donell. *d. lib. 17. com. c. 8. pag. 33. versic. Tutoris datio &c.*

9 De tribus dicendum superest: I. inter quas nimirum personas, & de quibus rebus jurisdictio exerceatur. II. quibus modis finiatur. Et III. de remediis jurisdictionum. Exercetur inter eas tantùm personas, & de iis tãtùm rebus, ad quas *a* pertinet: quippe cùm personæ & res forum *b* competens habeant, ubi earum causæ cognosci & examinari debent *c*. Dicitur autem forum competens primò ratione personæ, quæ convenitur, circa quam tria in considerationem veniunt, domicilium *d*, conditio *e* & existentia *f*.

a) Suis tamen nemo jus dicere potest, hoc est, neque pa-

tri filio, neque filius patri, *l.10.ff.h.tit.* Sed bene in privatis negotiis pater filiumfamiliâs, vel filiusfam. patremfam. judicem habere potest, *l.6. de recept.arb.l.71. de jud.* Ita rectè illas ll. conciliant Duar. *1.disput.15.* Guib. *1.quæst.memor.9.* Govean. Eguin. Bar. *ad d.l.10.* Aliter conciliant Cujac. *ad l.77.tract.3. ad African.* & Pac. *cent.1. quæst.31.* & post eos Matthias Stephani *d.lib.1.de jurisd.cap.34 n.10 & 11.* Aliter Glossa, Bartol. Castrens. Zas. *in d.l.10.* & eos secutus Bronch. *1.ass.14.* Huc referri potest quæstio: an dominus à subdito suo offensus, super illa offensa cognoscat? Vide Men. *cons. 403.nu.1.2.3. Acad.Ingolst.ad consilior. divers.Germ.* JCtor. *vol.1.cons.1.n.46.& seqq.usq; ad fin.allegat.* à Treutl. *d.loc.th. 8.lit.a.in fin.* *b)* quod à ferendo deducunt, ideo, quod, uti merces negotiatorum ut alienentur, sic etiam controversiæ ut dirimantur, in eum locum differuntur. Ut ita forum nihil aliud sit, quàm locus publicus, in quo Magistratus jus dicit vel judicat, Cujac. *in parat. C. de jurisd.* vel locus litium exercendarum secundùm Isidorum, *c.forus de verb.signif.* quem ipsum locum jus interdum dici, monet Paulus *in l. penult. ff. de just. & jur.* Matthias Stephani *d.lib.1.de jurisdict.cap.27. num.1.2.3.4. & 5.* Licet forum & territorium quodammodo sint connexa, aliquando tamen quis forum habere potest, qui territorium non habet, ut Academiarum Rectores &c. Matthias Stephani *d.loc.n.25. & 26.* *c) c.per literas.extra.de offic.jud.delegat.t.h.t.C.& tt.aliquot seqq.t.t.de for.comp.in 6. Clem.de foro competent.* *d)* Quod ibi quis habere dicitur, ubi larem & summam rerum suarum constituit curam, ita ut eò non, nisi avocetur, sit discessurus, *l.2.C. ubi Senator. & Clariss.civil. vel criminal. conventus, l.7.C.de incol.& ubi quis domicil.hab.vid.l.27.§.1.ff. ad Municip.* Gail. *2. obs.35. num.8.* Wesenb. *cons.1. num.57.* Coler. *de process.execut.p.2.c.1.n.30.* Matthias Stephani *d.l.1. de jurisd.cap.28.n.41.42.43.* Est autem duplex domicilium nativitatis sive originis, & habitationis. Idem Matth. Steph. *d.l.nu.5.6.7.8.9.10. & seqq.& Geil.d.lib.2.observ.36.num.2.* Sed quanto tempore domicilium contrahitur? Soarez. *in tom.opin.lit.d.nu.115.* Molin. *5.consil 61. num.21.* communiter receptum esse testantur; decennii habitatione hoc fieri. Rectiùs Menoch. *1.arb.jud.quæst.centur.1.cas.86.num.16.* id

arbitrio judicis putat relinquendum; vide etiam Gœdd. *ad l.190.num.3. & seqq. & ad l.203.ff. de V.S.* & de Germaniæ consuetudine hac in parte Gail.*2.obs.35.n.7*.ubi tradit,licet jure communi domicilium originis sit immutabile,de consuetudine tamen esse mutabile. Spectatur autem Domicilium Rei,non Actoris. Actor enim forum rei sequitur,*l.2 C. ubi de crim. agi op. l. ult. C. ubi in rem actio exer. deb.l.2 C.h.tit.* nisi reus actorem reconveniat,quo casu reus coram judice actoris causam peragere tenetur,*l.22.ff.de judic.* De reconventione hoc amplius tenendum,quod licet post litis quoque contestationem in quacunq; judicii parte fieri possit,*c.dispendia.§.reus quoque.de rescript.in 6.* ea tamen,cum non pari cum conventione passu ambulet,nec e conventionis causa retardetur, *Clement. sæpe.§.rerum.de V.S.* veræ reconventionis nomen non meretur,nisi ante litis contestationem vel post in continenti,antequam juramentum calumniæ præstitum fuerit,fiat. Novell.*96.cap.2 d.l.22.ff. de jud. l.11.§.1.ff. h.tit.* Schrader. *in tract.de feud. part.9 cap.6. num.47.* Bald.*in cap. cùm venisset. col.penult. ext.de jud.* Thoming *decis.16.num.4. & seqq.* Treutler.*disput.25.vol.1.thes.13.lit.c.* Quòd si tamen coram alio judice reus actorem convenire velit,expectare debet,usq; dum de adversarii intentione pronunciatum fuerit, *d.* Novell.*96 cap.2.* Verùm si de utraque causa non pariter liqueat,sed priùs de una quàm de alia,vel is,qui alium reconvenit à reconventione desistat,tunc judici licitum est de ea causa,de qua liquet,alterâ neglectâ pronunciare,nec tamen litem facit suam,Rob.Marant. *in aur.spec.part.4.in sext.judicior. divis. num.9.* Myns.*cent.1. observ.10.* Hæc reconventio in quacunque causa locum habet,licet à causa conventionis omnino diversa fuerit, *l.14. & Auth. Et consequenter. C. de sent. & interloc. omn.judic.cap.cujus in agendo.3.quæst.* Schrad. *in d. tract. de feud. part.10. sect.6. num.236.* Quæ an etiam in judicio Feudali obtineat, controversum est. Nos eorum probamus sententiam,qui in eo reconventionem cessare statuunt,nisi & ea de feudali causa fuerit. Judicis enim Feudalis jurisdictio semper ad solas causas Feudales restringitur. Et hanc sententiam tuetur Bald.*in cap. in fin.de controv. Feudal.ap.par.termi.* Sonsb. *de feud.p.*
nu.

nu.38.eamq́ sequitur Vult.*lib.2.de Feud.c.3.nu.9.* Communem esse testatur Wesenbec.*de Feud.cap.17.num.10.* & secundùm eam in Camer. Imperiali pronunciari affirmat Mynsing.*cent. 4.observ.90.* Diss. post alios Pet.Nicol.Moz. *de Feud.c.de natur.feud.n.114.vers. An verò coram paribus curiæ &c.* Circa reconventionis materiam & illud quæritur, an ea coram delegato fieri possit? Affirmat Sichard.*ad l.14.& auth.seq.C.de sent.& interloc.n.6.* Dissent.Marant. *part.4.dist.6.n.23.* Item, an coram prorogato judice locum habeat? Et hoc affirmat Menoch.*1. arb.jud. quæst.cas.44. nu.6.* Zas.*2.sing.respons.37. & cons.22.nu.14.* Mindan.*lib.3. process.cap.6.num.12.* Treutl.*disp.25.vol.1.thes.13.lit e.* Negat Bart.*in d.authent.num.3.& num.ult.* Jas.*in l.14.num.12. in fin. de jurisdict.* Sichardus *in d.l.14.C.de sent.& interloc. num.8.in fin.* Marant.*d.distinct.6.num.14.* Rursus quæritur, an etiam in privilegiatis Imperii instantiis (wann vermöge der Außträge / geklagt wirdt) reconventioni locus sit? Affir. Treut.*d.loc.arg.* Cammergerichtsordnung.*par.2.t.4.* allegans Mindan.*3. process.c.6.num.12.in fin.* Sed negat Sichard.*in d.leg.14. C. de sent. & interloc. num.9.* *e)* Ex qua quis forum variis modis sortitur. I. Ratione professionis seu negotiationis apud eundem judicem, ad quem ejus professionis negotiationísve cura pertinet, *leg.ult. C. h. tit.* II. Ratione militiæ vel dignitatis, subjicitur quis ejus jurisdictioni, cui militia seu dignitas subjecta est. *dicta leg.ult.* III. Ecclesiasticæ personæ coram judice Ecclesiastico conveniendæ sunt, *leg.25.l.33.C.de episc & cler.* Nov.83. Novel. *123.c.21.22. & 23.c. cùm sit generaliter.c.si diligentes.extra. de for. comp.c.4. Extra. de jud.* nisi reali judicio conveniantur, Boër.*decis.69.num.22.* Gail.*lib.1.obs.37.nu.4.* Mynsing. *lib.1.obs.22.* vel, lis cum defuncto Laico cœpta sit, & ei deinceps Clericus successerit, Boër, *d.decis.69.nu.22. & seqq.* Covar.*pract.quæst.cap.8.* Pet.Costal.*in l.19.ff. de jud.* vel nisi de Feudo controversia fuerit, *cap.cæterùm. & ibi* Felin. & Panorm. *extra.de judic.c. verùm.cap.transmissa. extra.de for.comp.* Bald. *in cap.1. num.4. de cont. apud par. determ.* Alvarot. *in cap.1. §. qui Clericus.si de feud.defunct.controv. fuer.& in cap.1.apud quem vel quos &c.* Curt. *l.unic.de Feud.part.7.nu.15.* Zas.*in epit.Feud.part.7.num.7.* Clar.*in*

§. *Feudum.quæſt.90.n.8.* Gail. *lib.1.obſ.30.* & *37.n.3.* IV. Studioſi bonarum artium non coram judice ordinario, ſed coram Rectore conveniri debent, *auth.habita.* ubi Jul. Pac. *C. ne fil pro patre.* Quid ſi ſtudioſus conveniat civem coram Magiſtratu urbano, poteſtne ab eodem cive convento coram Magiſtratu urbano reconveniri? Negat Matthias Stephani *lib.3.de juriſdict.part 2.cap.12.nu.48.* & *49.* At contrà id affirmat Theophilus Giſebertus *in tract. de reconvent.cap.12.* Sed an dictum ſtudioſorum privilegium fori in criminalibus etiam locum habeat, quæritur? Alii affirmant, alii negant, quos allegavi *ſupra theſi 8.lit.E. f)* Hanc quod attinet, obſervandum eſt, delinquentes præter locum domicilii & delicti commiſſi in quolibet etiam loco, in quo reperiuntur, conveniri poſſe, *t t.* & *l.1.C.ubi de crim.ag. op.* Cujac. *in par.ibid.* Duaren. *ad t ff de judic.* Matthias Stephani *d. l.b.1. de juriſd.c.30.* Disſentit Accurſ. & vulgò Dd. teſte Salicet. *ad d.l.1.* Sciendum tamen id quoq; eſt, delinquentes alibi repertos ad petitionem judicis ejus loci, ubi delictum patratum eſt, ad hunc ipſum judicem remitti debere, jure civili, Novel. *134.cap.5.cap.1.de rapt. Clem.paſtor. 2.de ſent. & re judic.* Fachin. *9.controv.21.* Et hanc ſententiam receptam eſſe dicit Clar. *in prax.crimin.§.fin.q.35.n.19.* ſemperq; obſervatam in Senatu Pedemontano teſtatur Farinac *part.1.tit.1.quæſt.7.num.19. in fin.* poſt Teſſaur. *deciſ. Pedemont.90.nu.4.* & *6* Grammat. *deciſ.Neap.26.* ubi dicit in ſacro concilio Neapolitano ſecundùm hanc opinionem in facti contingentia judicatum & pronunciatum fuiſſe Hippol. de Marſil. *in pract.crim. § conſtante nu.90.* & *ſeqq.* ubi hanc eſſe magis communem teſtatur; Idq; putant procedere tam de jure civili quàm canonico, Marſil. *in l.fin. de juriſd.nu.140.* Bald *in l.1.§.2. de offic.præf.urb.* Verùm ejusmodi remiſſiones, quæ olim neceſſariò fiebant, hodie maximè in diverſorum dominorum ditionib. vel provinci non obſervantur, Johan. Köppen *deciſ.43.n.19.* Rauchb. *p. q.50.n.24.* & *25.* Et in Germania inter ſtatus Rom. Imper ita ſervatur, quòd principes & civitates quandoq; ultrò ſponte ſua, aliis principib. & civitatibus remiſſionem p tentibus, de eâ gratificari ſoleant ex urbanitate, non etiā neceſſitate, & quidem jure amicitiæ & vicinitatis atq; benevolentia

volentiæ, si priùs sub antigrapho sive literis reversalibus caverint, quòd hujusmodi remissio remittentis jurisdictioni vel superioritati nō sit futura nocumento, sed sine præjudicio, Auf einen beweiß: es gegenbekantnus/ quòd illi, quibus remissio fit, in simili idem facturi sint, Andr. Geil. *lib. 1. de pace publ. cap. 16. n. 30. & seqq.* Matthias Stephani *d. cap. 30. nu. 17.* Adde Herman. Vultejum *in tomo 1. consilior Marpurgensium consil. 16. n. 45* De competentiâ ratione delicti, vide plures quæstiones apud Fachin *d. lib. 9. c. 25. & aliquot capp. seqq.* Illa minimè prætereunda est notabilis quæstio: Utrinam cognitio de homicidio in confinio duorum territoriorum admisso competat? Nos ad utrumque confinem eam pertinere tuebimur cum Zas. *in par. com. divid. n. ult.* Ibi enim de crimine agi oportet, ubi illud perpetratum est, *l. 1. & Auth. C. ubi de crim. ag. op.* At verò homine in confinio duorum territoriorum occiso, cædes in utroq; peracta censenda est, aut certè in eo, in quo pedes occisi inventi fuerint. Niel. *in disput. Feud. in corol.* Diss. vulgò Dd. Schneid. *ad t. de act. in tract. de action. fin. regund. n. 11. & ad §. fin. n. 8. de jur. nat. Gent. & Civil.* Bocer. *in disp. de action. fin. regund. in corollar.* Matthias Stephani *in d. cap. 30. de jurisd. lib. 1. num. 43.* Treut. *disp. 19. vol. 1. th. 4. lit. a.* qui ei jurisdictionem seu cognitioné tribuunt, in cujus territorio caput occisi inventum fuerit, per *l. 44. ff. de rel. & sumpt. fun.* Quòd si occisus in alterius territorium pertrahatur, aut in flumen publicum, quod utrumq; disterminat, projiciatur, ejus erit de cęde cognoscere, in cujus ditione ea peracta evidentib. signis aut p̄sumptionib. evincitur, *arg. d. l. 1. & Auth.* Treutl. *d. loc.* Cùm itaq; is qui deliquit, conveniri possit, ubi deprehenditur, nō immeritò quæri posset, an si quis non deliquerit, sed ex alia quacunq; causa obligatus fuerit, ubi cōmoratur, conveniri possit? Negamus: Nam coram ordinario suo judice conveniri debet, *l. 2. C. ubi caus. stat. l. 2. C. ubi quis. de curial.* Quod in tantum verum putamus, ut ne quidem debitor alterius territorium transiens prohiberi possit, ne inde cum rebus suis discedat, antequam id, quod alicui prohibentis jurisdictioni subjecto debet, solverit, nisi actori ab ordinario transeuntis judice justitia denegata fuerit, aut is de fuga suspectus sit. Goedd. *ad Rub. extra. de sequestrat. poss. &*

fruct.num.22. Multò minus alieni debiti causâ alicui peregrino manus injicere licet. Regulariter enim ejusmodi oppignorationes, quas Repressalias vocant, de jure prohibitæ sunt, *l.un.C.ut nul.ex vic.pro al.vic.deb.Nov.52.* & *ibid.* Gothof.Geil.*tract.de pignorib.cap.2.* & *eleganter* & *prolixè* Pet.Heigius *part.1.quæst.12.* Treut.*dispu.1.vol.2.thes.5.lit.g.* Disf.Mart. Laud. & Jacob. à Can.*in tract. de Repress.ubi* & *late* Georg.Loric.*in Enchirid.arrest.per tot.* Giphan.*novissimè in disput.48.ad Instit.à num.42.usq. ad num.59.* & *ult.* Bionch.*cent.1.miscel.controv.ass.75.*

10 Præterea forum competens dicitur ratione rei *a*, causæ *b*, contractus *c*, quantitatis *d*, continentiæ *e*. Deniq; per rescriptum Principis forum tribuitur *f*. Nam pupilli *g*, viduæ *h*, aliæq; personæ miserabiles *i* per rescriptum Imperatoris adversarios suos *k* è provincia, in qua sunt, ad consistorium seu tribunal principis trahere possunt *l*, quamvis ipsi inviti eò pertrahi nequeant *m*.

a) Cap.ult.extr. de for.compet. Nam ubi res sita est, ibi quoque vindicatur, *l.ult. C.ubi in rem act.exer.deb.Nov.69. c.2.* & *c.3.ext.de for. compet.* omni inter res soli & mobiles discrimine rejecto, ut vera est Azonis sententia, cui major interpretum pars adstipulatur, quamvis Hugolinus *d.l.ult. C.ubi in rem act. exercere deb.* in rebus tantùm soli procedere existimet, cujus sententiam refellit *l.38.ff.de jud.* Eam enim de re mobili agere, argumento sunt certissimo hæc ejusdem l. verba: Et si mobilis sit res, ad exhibendum agi cum herede poterit. Nec obstat *l. si res mobilis 10. cum 2. seqq de rei vindic.* ut eleganter docet Donel.*lib.17.côm.cap. 17.circa fin.* Sed an ita eo in loco, ubi res sita est, actio in rē, & quidem specialis rei vindicatio institui possit, ut eodem etiam illo loco debeat, nec possit alibi? Accurs. & qui illum secuti sunt, Interpp. omnes communiter censuerunt institui posse in loco etiam alio, non tamen quocunque, sed eo duntaxat, in quo rei possessor, vel is, à quo res vindicatur, domicilium suum habet, sive res eodem in loco sita sit, sive alibi. Sanè si res sit ibidem, ubi possessor domicilium habet, nullam

ıbet controversiam, sed si alius sit locus do-
ɛi sitæ in arbitrium actoris, Interpp. confe-
ɛ utroque illo loco experiri ille malit, ut con-
ad alterum revocandi potestatem nõ habeat.
ıtiam usu hodierno in re tam mobili quàm
in practica receptam esse testatur Vultej. *in*
:. ubi in rem actio. & num. 6. in fin. & ad tit. C.
u. 44. & seqq. & post eum Matthias Stephani
:d. c. 31. n. 9. 10. & 11. Dis. Don. *libr. 17. com. c. 17.*
ımus &c. in loco domicilii specialem rei vin-
stitui posse negans, sed ipsius arg. bene refutat
c. num. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 13. Quid si hereditatis
ɛsia? Quamvis ea ibi, ubi res hereditariæ sitæ
odò adversarius ibi degat, determinari possit,
, & in loco domicilii cum adversario experiri
ubi de hereditat. agat. Nihil igitur in hoc uni-
licatio à speciali differt; ac per consequens dif-
:io, quam adducit Don. *d. loc.* rectè rejecta est à
:. n. 13. *b)* Ecclesiasticæ enim causæ corã judice
o *c. 16. de for. compet.* Matthias Stephani *d. cap. 31.*
:s coram civili, *c. licet 10. Extra. eod.* Feudales co-
ıo Feudi vel paribus Curiæ agitari debent. Mat-
ıani *d. c. 31. num. 51.* Coram domino feudi, si con-
ıter ipsos vasallos fuerit; coram paribus verò Cu-
ɔversia fuerit inter dominum ipsum & vasallum,
de prohib. Feudi alienatio. per Frederic. cap. 6. & 7.
c) Quo enim loco quis contraxit, ibi & conve-
, *l. 10. ff. de jurisd.* Donell. *libr. 17. com. c. 14. in princ.*
Stephani *d. lib. 1. de jurisdict. cap. 29. in princ.* si ibi-
ɛprehendatur, vel bona possideat. Idem *dict. loc.*
ɔco tamen contractus hæ personæ conveniri ne-
I. Mercator advena, si, mox discessurus, in ipsa
atione contraxit, *l. 19. §. 2. ff. de judic.* Donell. *d. c. 14.*
irca princ. Quod tamen verum est, si ejus fidem se-
creditor; Secus enim est, si creditor fidem ei non
t, sed voluerit, ut fieret solutio, hinc ideo ibi conve-
eft Bartol. *in l. 2. ff. de pignor. act.* Socinus *in tract. fal-*
ım. reg. 159. & potest hoc casu, qui contraxit cum ad-
adversus recedentem arrestum impetrare, donec

satisfiat, vel fidem det de solvendo, Bald. *in rubric. Cod. de revocat. his quæ in fraud. cred.* Matthias Stephani *d. cap. 29. num. 23. & 24.* II. Legatus, nisi in ipsâ legatione ibidem contraxetit, *l. 5. l. 8. l. 25. & l. seq. de judic.* (Quibus non contrariatur *l. eum qui 5. §. 1. ff. de constitutâ pec.* vide Cujacium *lib. 13. observ. 17.* Pac *cent. 3. q. 21.* Donell. *dict. lib. 17. cap. 14. pag. 64. versic.* Genus unum obligationis &c. Bronchorst. *cent. 1 assert. 47.*) vel deliquerit, *l. 24. §. 1. ff. de jud.* Matthias Stephani *d. cap. 29. num. 54.* III. Maritus nomine dotis, non in eo loco, ubi dotem accepit, & dotale instrumentum conscriptum est, sed in loco domicilii conveniri debet, *l. 65. ff. de jud.* Vid. Don. *d. loc. versic. maritus in dote.* & Robert. *1. sentent. c. 4.* Matthias Stephani *d. c. 29. num. 57.* *d)* Quæ petitur, *l. 11. l. penult. ff. h. t. & §. 4. & seq. Instit. de Attil. tutor.* Defensores enim civitatum ultra trecentos aureos nullam habent cognitionem, *Nov. 15. c. 3. in fin.* Quemadmodum & econtra in Camera Imperiali regulariter appellationes, si summa, quæ petitur, sit infra trecentos florenos, non recipiuntur. Recess. Deputat. Imperii anno 1600. §. Wiewol nun auch in den Speyrischen ꝛc. Guil. Rodingius *in Pandect. Cameral. lib. 1. tit. 20. n. 13. in fin.* Matth. Steph. *c. 31. n. 36.* *e)* De quâ prolixè & eleganter Petr. Freder. Mindan. *p. 3. de process. Cameral. extrah.* Geil. *libr. 1. obs. 32.* Gœdd. *in c. 1. de sequestr. pos. n. 26. 27. 28. 29. 30. 31. & 32.* Matth. Steph. *d. lib. 1 de jurisd. c. 32. num. 13. 14. 15. & 16.* Sunt autem secundùm illos causæ connexæ seu continentes, quæ communem habent liquidationis qualitatem & rationem, propter quam una sine alterâ planè cognosci & liquidò definiri nõ potest. Idque tribus potissimùm modis accidere dicunt: I. Propter faciliorem ac cognatam facti utriusque cognitionem. II. Propter præjudicium. III. Propter generalitatem actionis vel causæ. *f) l. un. C. Quando imp. int. pup. vel vid. vel al. miserab. pers. cognosc.* quæ jus singulare, adeoq; privilegium continet, cui à personis, quib. indultum est, renunciari posse, nonnullis ex interpretib. antiquis visum est, quos sequitur Vultej. *in comment. ad leg. un. C. Quando imp. num. 15.* Contrarium sentiunt Bald. *ibid. in fin. & in cap. de causis. n. 26. de offic. delegat.* Nattà *consil. 590. nu. 15.* Tessaur. *decis. 177, num. 5.* Schrad. *in tract. Feud. p. 10. c. 2. n. 36.* Treutl.

d. lo.

a. Geil.*lib.1.obs.1.n.40.* ubi dicit,glossam *in* ommuniter approbatam, Matth.Stephani *d.* 7.*Romani Imperii cap.31.num.39.* g) Quales patris potestate esse desierunt,aut morte pa- ancipatione,*l.pupillus 239.ff.de V.S.*Vultej.*d.* 4. Nec enim opus habent hoc privilegio ii, potestate etiamnum sunt,ut maximè sint im- tunc defensorem habent patrem. Quo argu- lum fortasse est,tutorem habentes quoq; hoc legio, in qua sententia fuit Paul.de Castro *in* ic. quem rectè refellit Vult.*d.l.n.5.* h) Vidua est, quæ aliquando nupta fuit,sed ea quoque virum non habuit,quæ est virgo.*l.243.§.3.* ubi aor argum. contraria Alciati refutat,*ff.de V.S.* ium vocatur,an *d.l.un.*accipienda sit de virgine erò strictè de eâ,quæ virum habuit,sed ab illo l quocunque modo alio sine suâ culpâ separata tantùm accipiendam esse docent Cyn.*ibid.n.2.* . Matthias Steph.*d.lib.1.de jurisd.c.31.num.27.* bs.*1.num.41.* Rebuff.*ad d.l.242.§.3.*Cov.*pract.* s.*sæpè tamen &c.* Diss.Bartol.Alberic.Fulgos.& a *d.l.un.*Treut.*d.loc.lit.b.* i) Quales hîc esse di- s *d.l.num.8.* quæ laborant morbo sontico,id est, em ad quamcunq; rem & negotium gerendum bilem,*l.113 ff.de V.S.l.2.§.si quis caut.l.60.ff.de* ,*§.illud.l.fin.ff.de ædilit.edict.*cujusmodi sunt fu- muti,surdi,leprosi,membris mutilati & similes. a & quidem communiter Dd.judicis arbitrio hoc t, ut illæ arbitrentur, quæ personæ miserabiles iss.*ad constit.Gall.de sentent.provis.art.3.gloss.ult.* .*loc.p.10.c.2.num.36.* Menoch.*2.arb.jud.q.cent.1,* m.*1.* Guid.Papæ *q.566.*Alciat.*in l.hac adjectio 192.* .S.Sichard.*in d.l.un.in rubr.n.5.* Matth.Steph.*d.c.* .*de jurisd.n.35.& 36.* Itaq; vix defendi posse putat .*8.in fin.*quòd nonnulli privilegiũ *d.l.un.*extendunt esiã,servientes Ecclesiis,captivos mercatores,qui in gabellis gravãtur, & alios,quos recẽset Ant.de Butr. ificantib.*n.22.de off.deleg.* quibus Tess.*decis.Pede-* 77.*n.1.* accenset advenas. Quòd si pupilli,viduæ,&

personæ miserabiles, hoc est, morbo aliquo sontico laborantes, sint divites, gaudebúntne privilegio *d.l.un.*? Affirmativa verior est, ad quam confirmandā allegat & sequitur Roland.à Vall.*cons.76.n.34.* & *seq.* And Geil.*d.obs.1.nu.40.* Eandem sententiam præter illos tenuit Johan.Fab.*in Breviario Cod.* Innocentius *in cap.significantibus.de offic.delegat.* & pluribus exponit Covar.*9.d.pract.quæst.6.* & *7.* & senatum Pedemontanum sequi solere testatur Tessaur.*d.decis.177.n.3.* Adde his Schrad.*d.c.2.nu.35.* Vult.*d.loc.num.10.* Matth.Steph.*d.lib.1.de jurisd.cap.31.n.37.* *k*) Qui alioqui rescripto non impetrato in provincia coram ordinariis & competentib. judiciis conveniri debuissent, *l.4.C.de jurisd.* Vult.*d.loc.n.18.* *l*) Praxis & usus privilegii hodie in Imperio Romano, quò ad Imperatorem extra provincias suas nullus est. Vult.*d.loc.n.20.* & *21.* Rectè igitur quidem monuit And.Geil.*d.obs.1.n.40.* & post eum Matthias Stephani *d.loc.n.46.* hoc in Camera non servari, quia ipsimet Principes & Status Imperii in causis viduarum & pupillorum cognoscant, & ideo omisso medio judice viduis & pupillis nō decerni processus in Camera, nimirum in prima instantia nisi in casu denegatæ vel protractæ justitiæ. *m*) *d.l.un.* Vultejus *ibid.num.11.* nisi in rescripto Imperatoris apponeretur clausula specialis hujus legis derogatoria, vel clausula illa Non obstante, quòd sint pupilli, vel viduæ, vel miserabile personæ. Vultejus *d.loc. num.12.* & *13.* Hodie Imperato ut maximè velit causam aliquam extra senatus sive provinciæ territorium ad se evocare, non potest, (quia hodie, not ut olim tanquam magistratus, sed velut domini ipsi provinciis & territoriis suis præsunt status Imperii, quibus ipsis ex obligatione Imperator obstrictus est, ut non amplius habeat arbitrium agendi in provinciis, sed duntaxat quantum ipsi conventio reliquit, ipsis statibus in suis provinciis & territoriis jura Imperatoris habentibus, Matthias Stephan *d.lib.1.de jurisdict.cap.31.num.44.* imò ne ullam quidem e Camerâ Spirensi, quæ tamen est ipsius judicium. Rationem reddit Vultejus *d.loc.num.17.* Hoc tamen ita, si lis i Camera pendere cœperit. Nam alioqui in causis ad Camerale judicium spectantibus eo præterito, in prima instantia Imperatorem adiri posse putant Geil.*1.observat.* *num*

v.121. num.3. Petrus Heig.*part.1. quæst.jur.*
8. & seqq. & alii ab eo allegati. quibus adde
lan.*in præfat.de process.Cam.Imp.* Matthiam
.de jurisdict.Rom.Imp.part.1.cap.1.membr.2.
qq. Tobiam Paurmeister *lib.2.de jurisd.Rom.*
.32. Contrarium tenent Schrad.*de feud.p.10.*
seq.& sect.1.nu.126.& 128. Rosenth.*de feud.*
.n.5.& seqq. Thom.Michaëlis *disp.de jurisd.*

ır jurisdictio variis modis,quorum alii unes,alii verò cujuslibet jurisdictionis priæ. Communes sunt nimia sævitia in mors jurisdictionem exercentis *b*, rejustam suspicionis causam facta *c*. Præn singulis causis instantiæ litísve finis *e*. latio interposita *f*. Mandata jurisdictio rte Delegantis *g*, tempore *h*,revocatio-gatâ verò pœnitentiâ *k*.

.l.2.vers.dominorum quidem.ff.de his,qui sunt Instit.eod.l.1.C.de emend.servor. Bald.*in d.l.2. obs.17.nu.2.* Mynf.*cent.5. obs.8.* Matth.Steph.*d. sd.c.39.n.8. b) cap.2.de off.deleg.in 6.* Mors enim it, *Novell.c.22.20. in princ.* Quod in pluribus ı jurisdictionem simul habentibus adeò verum s morte,in omniũ persona jurisdictio extingua-*.extr.de off.delegat. c) l.16.C.de jud.* Justæ autẽ ısationis sunt inimicitię,affinitas,familiaritas &c. gitur eorum sententia,qui judicẽ ordinarium jure quam suspectum recusari posse negant,& satis reper *d.l.16.C.de judic.l.9.ff.de liber.caus. Auth.con-C.de sentent.& interloc.omn.judic.* Novell.*96.c.2.* onico ordinarium quoq; recusari posse,omni du-*cap.cum special.ext.de appell.c.suspicionis 39.de off. si quis 4.c.licet 10.in fin.de foro competent.* Jacob. *obs.23.*Hotom.*in d.l.16.* Don.*libr.17.comm.c.25.in n princ.* Treutl.*disput.12.thes.11.lit.h.* Bocer.*class.5. hes.97.*Diss.quò ad jus Civile, Bartol.*ad d.l.16.n.1.*

Sichard.*n.6.*Jaſ.*n.4.* Mynſ.*2.obſ.52.*Geil.*1.obſ.33.* Weſenb. *conſ.6.vol.1.n.201.& ſeq.* Vult.*lib.2.Jurisprud.cap.1.nu.9.& cap.30.nu.69.* Niell.*diſp.feud.10.theſ.2.lit.f.* Bronch.*cent.1. aſſert.45.* Illud controverti quoque videmus, Utrùm cauſæ ſuſpicionis neceſſariò, civili jure in libello exprimendæ ſint? Negant Geil.*1.obſervat.33.num.14.* Mynſing.*cent.3 obſerv. 6.3.* Zanger.*in tract.de except.* Cagn.*de except.recuſ.num.7.* Donell.*17. comm.cap.15.* (qui tamen diſtinguunt inter jus vetus & novum) Bocer.*d.claſſ.5.diſp.12.theſ.98.* Affirmant Cujac.*lib.9.obſ.23.* Hotom.*ad d.l.16.C.de judic.* Weſ.*conſil. 56.vol.2.n.5.* quorum ſententiam jure Canonico *c.cum ſpecial.Extr.de App.cap.Secundò requiris.§.ult. & c.ſuſpicionis. Extr.de off.delegat.* & conſuetudine veram eſſe dicit Bocer. *d.loc.in fine.*cum Mynſ.*cent.3.obſerv.63.* Cùm autem ſuſpicionis cauſæ ante litem conteſtatam ſint proponendæ, niſi poſt litem demum conteſtatám inciderint (*l.12.§.1.d.l.16. circa princ.ibi,*antequam lis inchoëtur &c. *C.de judic.* Geil. *1.obſerv.33.num.11.* Mynſing.*cent.4.obſ.59.* Donell.*d.lib.17. cap.15.*) hinc quæritur, an neceſſe ſit, ut recuſatio hæc ante alias dilatorias exceptiones proponatur? Affirmat Bartolus & Bocer. *d.loc. theſ.99.lit.a.* Verùm cùm *d.l.12. & d.l.16.* ſimpliciter & generaliter judicis recuſationem permittant, nec addant, ante alias dilatorias exceptiones oppoſitas hoc fieri debere, igitur generaliter quoq; & ſimpliciter ſunt intelligendæ, ita ut etiam poſt alias dilatorias exceptiones judex tanquam ſuſpectus recuſari poſſit, *argum.l.18.ff.de pub. in rem.act.* *d) cap.cùm perſona 7. de privileg.in 6. cap.cùm olim 14.h.t.* Bald.*in tract.de præſcript.1.part.1.part.conſtitut. 12.nu.2.* ſcil. poſſeſſione per prohibitionem interversâ, Jaſ. *in l.quò minùs.nu.31.de flum.* Corne.*conſil.268.nu.25.vol.4.* Weſenb.*in parat.h.t.num.14.* Matth.Stephani *d.libr.1.de jurisd.cap.39. num.16.17.18.19.20.* Et quidem præſcriben in contrarium acquiritur jurisdictio privativè, uti Dd. loquuntur, non cumulativè, daß der jenige / wider den di verjährung angezogen wird / an der gerechtigkeit nicht behelt / *c.irrefragabili.in princ. verb.exceſſus.de offic.ord. ca. auditis. de præſcript.l.7. ff.eod.* ac ſi contractu eſſet quæſit *arg.l.28.ibiq; Dd.de V.S.* Schrad.*tract.feud.part.10.ſect.1. 132. & ſeqq.*Bald.*conſ.201.lib.2.conſ.439.n.11.lib.3.*Panor

ca

& ibi Felin.*n.5.arg.*Gloss.*ibid.verb.* invitum, *rdinar.* Petr.de Anchor.*c.1.col.4.de prascript.* *onsil.6.in fin.tit.de sentent.excom.*Franc.Balb. *script.1.part.5.part.princ.quast.11.nu.8.* Natta *n.4.libr.3.* Barba.*consil.40.num.46.lib.4.* Fa- *vers.23.* Treutler.*d.loc.thes.12.lit.b.* Matthias *um.21.* *e)* *l.13.Cod.de jud.* *f)* Hoc enim casu o appellatum est, jurisdictio extinguitur, *c.59.* *l.* *g)* Dum modò res adhuc integra sit,*l.6.ff.h.t.* antes nondum in jus vocati fuerint,*cap.gratum* *ff.deleg.* *h)* Intra quod delegatus jus dicere vel sus erat,elapso,*c.4.d.t.* *i)* Ab eo,qui jurisdictio- avit,factâ,*l.58.ff.de judic.* Matth.Steph.*d.cap.39.* *40.* Gœddæus *in tract.de sequestr.cap.1.num.58.* Scipio Gentil.*lib.2.de jurisd.c.28.& 29.* Et hoc huic jurisdictioni cum reliquis mandatis com- quæ morte mandantis solvi solent,*§.9.Inst.man-* ch.*cent.2.ass.46.in nov.edit.* Unde & iis compa- *l.l.6.h.tit.* *k)* Utriusque prorogantium vel etiam orum,si nudo pacto prorogatio facta & res adhuc id est,judex nondum aditus fuerit,*l.18.ff.h.tit.* Sc- pacto contractui in continenti adjecto, *l.pen.C.de* ijac.*in tract.7.ad African.* in explicatione *d.l.8.* Pa- *rt.1.quast.60.*Fachin.*1.contr.c.61.* & alii suprà *thes.2.* *sim allegati*; Aliter Gœddæus *ad l.3.nu.45.& seqq.ff.* *signif.* Duaren.*ad h.tit.cap.6.* Donell.*ad d.l.penult.* *ad l.1.C.h.t.n.149.*Bronch.*cent.1.assert.17.* Alciat.*2.* *uxor.c.17.* Coras.*4.miscell.c.5.* Quæritur autem,si nu- pactum seu conventio de prorogandâ jurisdictione iento confirmata sit, omnino ea servanda sit,adeò ut pœnitentiæ locus sit nullus? Affirmant Dd.ex jure Ca- no,Covar.*ad cap.quamvis.de pact.in 6.part.1.§.4.n.7.* *ad l.1.C.h.t.n.150.* Schneid.*ad §.11.Inst.de act.nu.55.* Balb.*cent.1.dec.48.*Matth.Steph.*d.c.39.nu.42.*Fach. *1.c.61.in fin.* Idq; juris clari esse, & à Dd.communiter eptû,testatur Schrad.*in tract.de feud.part.10.sect.1.nu.58.* Ant.Butrig.*d.c.1. de judic.* Diximus pœnitentiâ finiri isdictionẽ pacto nudo prorogatam, si res adhuc sit inte- gra,i.e.judex nondum aditus fuerit. Quando igitur dicatur

judex aditus, inquirere placet. Azo *in l.1.C.h.t.* tum demum judicem aditum ſcribit, ſi lis ſit conteſtata; quod idem ſequitur Accurſius *in d.l.18.ff.h.t.* quam expoſitionem communiter receptam teſtatur ibidem Zaſius *n.3.* & pleroſque illam ſequi ait Fulgoſ.*ibid.num.6.* Quod de recentioribus etiam fecit Cujac.*in d.l.18.* & Treutl.*d.th.ult.lit.h.* Et hanc ſententiam communem, & in judicando & conſulendo ſequendam eſſe teſtatur Matth. Stephani *d.lib.1.de jurisdict. Rom.Imp.cap.25.num.17.* Tob. Paurmeiſter *d.lib.1.de jurisd. Roman.Imp.cap.25.n.16.* Sed Guilielmus de Cuneo *in d.l.18.* exiſtimavit, non eſſe eo uſque expectandum, quoad lis eſſet conteſtata, ut judex dicatur eſſe aditus, ſed ante etiam litis conteſtationem aditũ dici, ita ut voluntatem mutare amplius non liceat, quæ ſententia etiam placet Riminald.*ibid. n.11.* & Coraſ.*n.4.* eamq; propugnat Vult.*d.loc.ad l.C.h.tit. n.151.152.153.154.*

12 Jurisdictionum remedia vulgò à Doctoribus communiter conſtituuntur tam poſſeſſoria *a*, quàm petitoria. Poſſeſſoria ſunt interdicta retinendæ *b* & recuperandæ *c* poſſeſſionis *d*. Petitoria remedia competunt vel in modum actionis vel officii judicis. In modũ actionis quæ competunt ſunt vel remedia perſonalia vel realia. Illa ſunt vel ex cõtractu *e*, vel ex delicto *f*. Realia remedia ſunt vel confeſſoria vel negatoria actio *g*. Officium judicis competit tunc, cùm remedia ordinaria locum non habent *h*.

a) Rutger. Rulantus *in tract. de commiſſar. & commiſſionib. part.3.lib.3.c.18.pag.mihi 65. & 66.* Matth. Steph. *d.lib. de jurisd.Rom.Imp.c.40.* Thomas Michaëlis *in diſp. de jurisd.concluſ.149. & 150* Diſſent. Molinç. *in conſuet. Pariſ. §. gloſſ.5.num.56.* qui jus dicentibus nullum jus in re, aut poſſeſſionem in jurisdictione, & conſequenter nulla poſſeſſoria remedia competere, aſſerit; Tobias Paurmeiſter *in tract. de jurisdictione libr.1.cap.27.num.10.& ſeqq.* qui turbatum vel ſpoliatum, jurisdictionis poſſeſſione vel quaſi interdict

dæ & recuperandæ de jure non agere probat, lus *ad l.un.nu.15.C.uti possid.* & Henricus Bo- lisp.5.*thes.52.*qui negant, pro quasi possessione s comparatum esse interdictum uti possidetis; dque multis demonstrant rationibus. Verùm iorumq; dissentientium sententiam jure civili e concedamus, communibus Dd.votis, praxi is & consuetudine hodie prior illa recepta est; *m.3.retin.poss.nu.125.& seqq.* Mynf.*respons.16.* 13. Rutger.Rulant. & Matth.Steph. *d.loc.* Idem urmeister *d.loc.n.24.* *b*) Utile nimirum; inter- possidetis *cap.licet causam de probatio.*Geilius *de bservat.ult. num.8.* Menoch. & Mynsing.*allegat.* licia refert Rutger.Rulant. *d.loc. num.2.* Si quis est turbatorem in continenti propriâ autoritate *argum.tit.C.quand.lic.unic.se sine judic.vind.l.ut justitiâ & jur.l.scientiam.§.qui cùm aliter.ff.ad L. .§.vim vi. ff.de vi & vi arm.l.1.Cod.und.vi.cap. sam.extr.de restit.spoliat.*Wesenb.*consil.33.num.1.* Menoch.*consil.230. nu.84.& seqq.* Henning.Gœ- *sil.62.num.8.* Modestin.Pistor.*consil.4. num.21.vo-* Thomas Michaëlis *conclus.149. lit.d. in disput.de* *c*) Hoc est interdictum unde vi, quo spoliatus agere pro recuperandâ jurisdictionis possessione, *de restitut.spoliat.§.1.num.7.& §.nunc dicamus. & seq.de caus.prop. & possess.§.1.num.17.* Menochius *recup.poss.1.num.81.*Ferrarius *in forma libelli in causa gloss.1.coram vobis. num.13.* Wesenbec.*in paratit.ff. & vi armat.num.9.* Oldendorp.*class.2.act.10.num.6.* quâ; & alia locupletiora remedia juris Canonici petunt, *cap.redintegranda 3.quæst.1.cap.sæpè.de restitut.* Menoch.*remed.recup.15. & sequentibus.* Matthias ani *d.loc.num.3.* Hodie enim jurisdictionem in Im- quasi possideri nemo ambigere debet per notata Ca- *decis.121.num.26.& sequente.* Caroli Tapiæ *in lege part.2.cap.9. num.14.de constit.princip.* Thomas Mi- *dict.loc.lit.b.* Dissentit Molinæus *in dict.consuetud. §.1.gloss.5.num.56.* *e*) Cùm enim jurisdictio pactio- vel stipulationibus, aut aliis contractibus est con-

stituta, tunc dantur illæ actiones, quæ ex pactis vel stipulationibus dari solent, Rutger. Rulantus *d. loc. nu. 8.* f) Cùm nimirum violatur alterius jurisdictio. Tunc enim super pœnâ fractæ pacis agitur, Boëtius *decis. 85.* Wesenbec. *in paratit. de jurisd. num. 13.* Andreas Geil. *in tractatu de pace publicâ.* g) Wesenb. *dict. loc.* Rutger. Rulant. *d. loc. num. 9* qui hanc opinionem in Camerâ Imperiali servati testatur. Castrensis *ad l. 1. ff. de serv. in fine.* Soarez *in recept. senten. verb. actio confessoria. n. 25.* ubi hanc communem dicit, Zasius *in §. æquè. Inst. de act. & ibid.* Schneid. & Mynsinger *num. 25* Costal. *ad l. 2. ff. si servit. vind.* Thomas Michaëlis *in d. disp. de jurisdictione conclus. ult. lit. e.* Oldendorp. *class. 4. act. 4* Treutler. *volum. 1. disp. 3. th. 11.* Diss. Vaudus *lib. 2. quæst.* & Coras. *in l. et qui. ff. de servit. num. 2. & seqq.* h) Rutger. Rulant. *d. loc. num. 4. 5. 6. & 7.* Matthias Stephani *d. loc. num. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. & 20.* Vide Thomam Michaëlis *dict. conclus. 149. lit. e. f. g. h. i.*

DISPUTATIO II.

DE TRANSACTIONIBUS.

Respondente

JACOBO SCHICKHARDO Sigenensi.

TRansactio *a* est pactio *b* seu conventio *c* stricti juris *d*, non gratuita *e*, quâ res dubia, lis incerta, necdum finita *f*, terminatur *g*.

a) In specie sic dicta. Transactio enim in larga significatione cujusque negotii qualemcunque compositionem & decisionem denotat. Compositum quippe est vocabulum ex Trans & Actio, sicut verbum Transigere à Trans & agere, quod in generali significatione acceptum, nihil aliud est quàm negotium conficere, expedire, finire, facere ut amplius non sit negotium, *l. 1. §. 3. ff. de pact.* Wesenb. *in paratit. hic. num. 1.* Donell. *in rubric. Cod. eod. num. 2.* Hinc tran- act-

npto vocabulo continet pactum, *l.35. ff. de* Mynsinger. *decad.6. resp. jur. 60. num.15.* jusju- *l.1. ff. de jurejur. l.21. ff. de dol. mal.* Malè autem andam hanc generalem significationem à Dd. 29. *& l.230. ff. de verb. signif.* teste Cujac. *ad l.1.* an. Forcat. *Necyoman. dialog. 46. nu.3.* & Gœd- 130. Dissent. Wesenb. *d. loc.* Duaren. *hic. cap.1.* & er interpp. *in rubric. C. hic.* b) *l.1. §.3. ff. de pact.* ff. *hic. l.13. l.17. C. eod. cap. super eo. ubi gloss. extr.* Specular. *tit. de pact. & transact. in princ.* Azo *in* ic. *num.1.* Sichard. *in rubric. C. eod. num.1.* Cujac. *pact. & lib.10. observat.30.* Donell. *d. loc. num.10.* Anton. Faber *in Rational. ad l.1. hic.* Wesenbec. *in* ic. *num.2.* sibi tamen contrarius ibidem. Per- itur à Wesenb. *d. loc. & consil.31. num.16.* Mascard. *conclus.1387. num.1. & 2.* & aliis indistinctè defini- icitur contractus. Plerumque tamen transactiò us innominati formam induit, puta si quid detur icatur pro remittendâ lite, aut per acceptilationem ulatione promittatur, *l.28. l.6. l.33. C. hic.* Gœdd. *ad* *verb. signif.* Imò, si Aquiliana stipulatio accedat, contractus esse incipit, *dict. l.6. Cod. h. tit.* Dissentit *libr.1. miscellan. cap.23.* transactionem contractum num esse asserens. Aliter Loriott. *de pact. & trans-* *79.* qui distractum esse defendit, cujus contra- vide apud Wesenb. *d. consil.31. num.16.* c) Pactionis ventionis nomina ęquè generalia sunt, Donell, *ad l.1.* Gœdd. *ad l.19. ff. de verb. signif.* Robert. *2. sent.19. in* Guilhelm. Forster. *de pact. cap.2. quæst.3.* Tobias Paur- *lib.1. de jurisdict. Rom. Imp. cap.23. num.3.* Dissentit *ad l.1. ff. de pact.* Borch. *de pact. cap.1. n.8.* Bocer. *ad l.* *1. n.7. ff. de R. Jur.* d) *l.38. l.8. §.12. l.9. in princ. & §.1.* *l.31. C. hic.* Wesenb. *in par. d. loc.* Hinc fit, ut in trans- nem etiam generalem non veniant, nisi de quibus ex- actum, aut verisimiliter cogitatum est Myns. *decad.7.* *64. num.12.* Vide Duaren. *hic cap.3. in fin.* Donell. *in tit.* *hic. tit. an unquã rescindi & c. n.2. & in d. l.31.* e) Trans- enim, nullo dato vel retento aut promisso, minimè *l.1. ff. l.21. & l.38. C. hic. l.3. Cod. de repud. hered.*

Cujac.*ad l.1.ff.hic.* Donell.*in rubr.C.hic.n.8.* Rolan.à Valle *volum.4.conf.28.n.3.& 4.* *f) l.1.ff.hic.l.7.l.17.l.19.C.eod.* Litem intelligimus non motam tantùm, sed & quæ aliquando moveri timetur, *l.2.C.hic.* Donell.*d.loc.nu.5.infra & d.tit. an unquam rescindi &c. nu.1.* Ant.Faber *de error. pragmat.decad.8.err.10.pag.264.* (Nam & ante litem contestatam fieri transactio potest, *l.23.§.3.ff.de condict.indeb.* imò & injustam, quæ videl. de facto propter malignitatem adversarii oriri poterat, *d.l.2.C.hic.* ubi Sichard.& idem *in rubric.C.hic.nu.2.* dummodò absit manifesta atq; evidens litigatorum calumnia sive vexatio. In evidenti enim calumnia & vexatione nullus est transactioni locus, *l.65.§.1.ff.de cond.indeb.* Azo *in summ.num.1.C.hic.* qui tamen in actore hoc tantum admittit, Duar.*c.1.hic.* Donell.*d.t.an unquam rescindi &c. n.1.* *g)* Proprium enim transactionis est litem terminare, decidere, desinere, finire, *l.13.l.16.l.30.C.hic.* vid. Cujacium *in parat.ff.& C.de pact.& transact.* Variè aliàs à variis definitur transactio, ab Azone, de re dubiâ & lite incertâ neque finita non gratuita pactio, *in summ.C.hic.nu.*[illegible] à Donello *in rubric. C.eod.num.3.in fin.* litis compositio [illegible] diremtio, quæ fit eâ lege, ut litem remittens vicissim eo nomine aliquid accipiat. à Speculat.*tit.de pact.& transact.*[illegible] *princ.* Sichard.*in rubr.C.hic.nu.1.* pactio non gratuita de re dubiâ atq; lite incertâ aliquo dato, retento vel remisso. A aliis aliter.

2 Causa efficiens transactionis est consensus. Hinc transactio errore *b*, aut metus causâ interposita *c*, aut dolo malo inita *d*, rata non habetur. Presentia tamen & interventus amicorum & propinquorum omnem doli metusque suspicionem facilè excludit *f*.

a) l.13. ibi, consensu terminata, *l.20.C.h.tit.* Wesenb. *parat.ff.hic.nu.4.* Donell.*in rubr.C.eod.n.7.* *b) l.29.C.h.* Cùm enim in errante desit consensus, *l.18.ff.de jurid.l.*[illegible] *ff.de R.Jur.* transactionis impeditur effectus. *c) d.l.13.C. hic.* Non tamen quilibet metus ad rescindendam transactionem metu factam sufficit, sed talis, qui etiam in constant-

m à formidine objectorũ cadere possit. *l.5.l.6.* *cauſ.* puta qui cruciatum corporis aut vitę perihet, *d.l.13.C.hic.l.4.l.9.C.quod met.cauſ.l.7.l.8.* hard. *in d.l.13.n.1.* Talem autem metum pro- eũ, qui se metu compulsum esse ait, ut trans- *.13.* ibi, sed talem metum &c. *l.fin.ff.quod met.* n. *hic.cap.3.* *d) d.l.13.C.hic.l.7.§.pact.ff.de pact.* dolus non omnis intelligitur, sed talis qui etiam fallere possit, Sichard. *in d.l.13.n.3.* & probandus ante, *d.l.13.l.18.§.1.ff.de probat.& præsumpt.* quæ ùm difficillima sit, ad indicia & conjecturas est am, *l.dolum.C.de dol.mal.* Mascard. *de prob. concl.* Menoch. *lib.5.præſ.3.num.41.* Cæterùm frustra onqueritur, qui sciens & prudens transegit, cùm intelligeret, dolo se induci & circumveniri ab ad- cùm volentibus dolus non inferatur, *l.34.C.hic.* *d.c.3.* Multò minùs est audiendus, qui ob dolum ipsum transactionem rescindi postulat, *l.30.C.hic.* enim, non decipientibus, jura opitulantur, *l.2.§.1.* *Vellej.* Nec quicquam iniquius est, quàm dolum iquam prodesse, *l.1.ff.de dol.mal.* Vide Donell. *in d.* *1.& 2.* *e)* Non tamen est ipso jure nulla, sed per re- integrum retractatur, *tt.tt.ff.& C.quod met.cauſ.* *dol.mal.* Voluntas enim quamvis coacta, voluntas ta- est, *l.21.§.si metu.ff.quod met.cauſ.* *f) l.35.C.hic.* Dua- *cap.3.* Bart. *in l.frater à fratre.ff.de condict.indeb.* Mar- *417.* Menoch. *libr.3.præſumpt.128.* Diss. Andreas Al- *tract.de præſumpt.reg.1.præſ.21.n.2.& 3.* statuens, *d.* *C.hic.* ad metum non pertinere, quem refutat Menoch. *n.3.4.5.*

Transigere autem omnes possunt, qui & pa- & consentire *a*, etiam ægri corpore, dummo- sanæ sint mentis *b*. Sed & alieno nomine multi transigunt. Tutores enim & curatores super re- pupillorum aut minorum *c*, Syndici & admi- stratores civitatum vel universitatum super civitatum & universitatum *d*, Prælati item

& Antiſtites eccleſiarum de rebus eccleſiæ ſuæ t transigere omnino poſſunt. Donare autem aut jus liquidum ambitioſè remittere nequeunt *f*.

a) l.18.C.hic.l.10.C.ad l.Jul.de adult. Paulus *lib.1.ſentent. tit.1.§.1.* *b) l.20.l.27.C.h.t.* In his enim, quæ conſenſu ge-runtur, ab iis, qui ea gerunt, integritas ſolùm mentis, non corporis ſanitas exigenda eſt, *l.2. ff.qui teſtam.fac.poſſ C.eodem.* Quippe mente & animo conſentimus, non cor-pore. Donellus *ad d.l.27.C.hic.* *c) l.54.§.fin.l.56.§.4.ff de furt.* Geil.*libr.2.obſervat.72.num.1.* Bronch.*cent.2.miſcel. controv.aſſert.7.* Ut tamen hujusmodi transactio vale decretum judicis requiritur; quod præviâ cauſę cogniti eſt interponendum, de quâ re vide Geil.*d.obſerv.72.nu & ſeqq.* Roland.à Valle *vol.1.conſil.76.n.16.17.18.* *d) l.pr ſes 12.ubi Dd.C.h.t.l.14.ff.de pact.* Hujusmodi enim ad niſtratores & Syndici tanquam publicæ perſonæ ma tum cum liberâ habere cenſentur, adeoq; omnia expedir quæ aliâs ſpeciale mandatum requirunt, & per conſequen transigere poſſunt. Geilius *d.obſerv.72.nu.11.12.13.* Coſta *in d.l.14.* Diſſ.Duar.*hic.cap.1.per l.34.§.1.ff.de jurejur* *e) Arg.d.l.12.* Panormitan.*cap.3.de transact.* niſi per ill transactionem res alienentur, quæ ſine ſolennitate ab clesiæ Prælatis alienari non poſſunt. Coſtal.*in d.l.14. pact.in fine.* *f) l.46.§.fin.ff.de adminiſtr.tut.l.pactum toris 22.C.de pact.d.l.12.Cod.hic.* Adminiſtratio enim commiſſa eſt, nihil ampliùs, *l.non omni.& paſſim.ff.de miniſtr.tut.* Liquidum autem quid remittere, eſt do donare verò eſt perdere & profundere, quod omni negatur, quibus adminiſtratio tantùm eſt permiſſa, *l. famil.ff.de donat.* Donellus *in d.l.22.C.de pact. & in d. C.hic.n.1.* Geil.*d.obſ.72.nu.12.& 13.* Weſ.*in par.ff.hic. in fine.*

4 De procuratore an is nomine domini tran igere poſſit, arguta & ſubtilis eſt quæſtio *a*. Quę diſtinctione eſt expedienda *b*. Procurator Cæſar quin ipſo inconſulto transigere prohibeatur, d bium non eſt *c*. Quid de patre dicendum? l

n de castrensibus vel quasi *d*, itemque orum filiorum *e*, sed etiam de adventi- filiorum fam. disponendi & transigen- em denegamus.

enus *d.cap.1.* *b)* Aut enim procurator in rem nstitutus, & dubium non est, quin transigere §.*final.ff.de jurejurand. l.55.ff.de procurat.* Is e- sa est actio, in propria causa magis, quàm alienâ videtur, *l.9.C.eodem.* imò loco domini habetur, *um.§.13.ff.de pact.* Aut in rem alienam. Et tum omnium bonorum administrationem habet, & , omniaque alia, quæ dominus ipse faceret, si desset, liberè audacterque facere & administrare ct.*l.17.§.final.ff.de jurejurand.l.58.ff.de procurat.* *d.cap.1.& ad tit.de procurat.cap.9.* Donell.*lib.4.* *cap.15.pag.259.& pag.seq.* (Dissentit Cujacius *in 41.Instit.de rer.divis.* Botch. *ad tit.de pact.cap.4.* Hotoman. *ad d.§.41.* Pacius *centur.2.quæst.47.* Faber *ad l.58.& 63.ff.de procurat.* qui distinguunt curatorem totorum bonorum, & procuratorem, a rerum administratio concessa est: hos tantùm ere posse putant, non illos) modò eum probationes . Nam si non deficiant probationes, eique sit co- m, quibus id, quod intendit, probare possit, & ideo non dubia, domini sui causa, transigere nullo mo- rit. Gratis enim & sine justâ causâ remittere, quod suo debetur, non debet, *l.12.C.h.tit.* Confer quæ ut in fine thes.præcedent. Aut ei specialiter man- est, ut transigeret. Et de hoc nulla dubitatio est, transigere possit, *dict.l.17.§.final. l.34.§.1.ff.de jureju- l.5.l.22.§.final.l.27.§.2.ff.mandat.* Aut denique pro- simpliciter sive generaliter est constitutus ad unam exercendam, aut aliud quodpiam negotium geren- . Et non potest absque speciali mandato domini gere, *l.transactionis. ubi gloss.Cod.hic. l.60. l.63. ff.de at.l.13.ff.de pact.* Duaren. *d.cap.1.hic.* Wesenbec.*in §.eod.num.4.* Masuer.*in pract.forens.tit.de procurat.* 4.Diss.Vaud.*1.quæst.47.* & alii aliter *per d.l.7.C.hic.*

junctâ l.29. ff.de probat. c) nisi rem retineat, *l.nulli 13. ubi gloss. ff.h.t.arg.l.2.§.si rem. ff.de offic.procur.* Cas. Duar. *d.c.1.* Diss. Anton. Fab. *ad d.l.13.in Rational.* d) *l.18.§.3. ff.de castrens.pecul.* e) *l.10. ff.h.tit.* f) Ut enim in agendo, ita & in transigendo consensum filii exigimus, *l.ult.§.3. Cod.de bon. quæ lib.* ne fructuarius lædere proprietatem rei videatur, *d.l. fin.§.4. vers.Si autem non habeat.ibi, quæ nullo modo &c.l.1. C.de bon.matern.* Cujac. *in d.l.10. ff.h.tit.* Pinell. *in d.l.1.C.de bon.matern.part.3.* Bald. *ibid.nu.2.* Jas. *in l.nulli, in fine.ff.de transact.* Aym. *cons.74.n.2.* Roland. à Valle *cons.71.circa fin. libr.2.* Prosper. Farin. *decis.Rom.767.n.1.n.21.& 44.* Anton. Fab. *ad l.10.lit.c.ff.h.tit.* Diss. Duar. *d.cap.1.circa fin.* Azo in *summ.tit.C.de bon.matern.* Geil. *d.obs.72.n.14.& seq.* In iis tamen causis, quib. alienare patri licet, proculdubio etiam transigere licebit. Azo *d.loc.* Cisn. *in d.l.10.ff.h.t.* Elegant. Gœdd. *consil.Marpurg.27.n.63.67.& 79.tom.1.*

5 Cæterùm vasallus de feudo etiam absq; consensu domini transigere non prohibetur *a*, dummodo sine fraude & collusione id fiat *b*, & prædium feudale, quod vasallus possidet, in alium non transferat *c*. Hujusmodi tamen transactionem à vasallo celebratam neque agnatis *d*, neque quoad directum dominium *e*, domino *f*, qui nec consenserunt, nec ratam eam habuerunt, præjudicare verius est.

a) *cap.unic.de contr.inter vasall.& al.de benef.c.unic. si vasallus.de beneficio.si de feud.def.* b) *d.c.unic.de contr.inter vasall. c.Imperialem.de prohibitâ feud.alien.per Frid.* Conrad. Rittershus. *in par.feud.lib.2.c.2.n.17.* Vultej. *lib. c.10.n.89.* Transactio autem fraudulenter inita esse præsumitur, si jus feudi sit clarum & liquidum, vel facilè liquidari possit è parte vasalli & domini ejus. Sin autem magna contra vasallū & dominum ejus dubitatio, bonâ fide facta censetur, *arg.l.in summa 65.ff.de condict.indeb.* Curt.jun. *feud.par.4.n.96.in fin.* c) Tres vulgò hac in re à Dd. distinguuntur casus: 1. Aut enim vasallus transigendo feudum retinet, vel ab alio possessore recipit, & transactio-

su

: interventu consensus domini, dubio caret, git, ut feudum apud alium, qui id possidet, re- em adhuc est dicendum. *d. cap. unic. §. si vasal- od accepit, &c.* Cùm enim litem omnino nul- vasallus possit, *argum. tit. C. ne quis invit. ag.* semel institutam transactione componere li- imittere feudum apud possidentem ex transa- a alienationis speciem habet. *l. 33. C. de transact. synops. feud. cap. 9. membr. 1. conclus. 21. num. 3.* epit. *in us. feud. p. 7. num. 36.* Roland. à Valle *vol. nu. 43. 44.* Niell. *disput. feud. 6. thes. 8. lit. a.* Curt. *loc.* quamvis de eo multum se dubitare dicat *ib.* Chassanæo *in comment. ad consuet. Burgund. rubr. §. 8. nu. 21.* Dissent. multis Tiraquell. *in comment. etract. §. 1. gloss. 14. num. 66. & sex seqq.* quamvis, atur distinctio, de qua supra lit. B. nihil se hîc præ- rum quandam diversitatem, rerum nullam videre *num. 73. in fine.* 3. Aut denique ita transigit vasal- udum, quod ipse possidet, in alium transferat. Et transactionem sine consensu domini initam non e, communiter est receptum, quia tum esset aliena- raquell. *d. loc. num. 66.* Curtius, Schneid. Niell. *dd. ll.* thal. *d. conclus. 21. num. 2.* Borch. *de feud. cap. 8. nu. 44.* *feudum. quæst. 38.* Johan. Ferrar. *in l. 3. C. de jur. em- in qua re, &c.* Cujac. *in lib. suo 4. de feud. tit. 23. in* um ait, decidendi, non alienandi aut diminuendi cau- sallum de feudo transigere posse. Nicol. Intrigiol. *in suo nov. de feud. quæst. 98. num. 172.* Dissentit Zasius *feud. part. 6. num. 45. & part. 9. num. 19.* Schenck. *in d. §. sallus. & in cap. 1. de cõtr. int. vasall.* & expressiùs *in cap. rialem. num. 2. ibi; sextò, &c. de probib. feud. alien.* Sons- *in comment. ad us. feud. p. 12. num. 96. & seq.* Wesenb. *feud. cap. 11. num. 7.* *d)* Licet enim vasallus in sui præju- ium transigere possit, non tamen aliorum agnatorum, *a c. 1. de alien. feud. patern.* Curt. jun. *d. loc. n. 97.* Roland. Valle *consult. vol. 4. n. 110.* Rosenth. *d. conclus. 21. n. 4. & 5.* interest, utrùm scientes agnati huic transactioni con- xerint, necne, quoniam contradicendo vasallum im- re non potuissent, quò minùs de jure suo transigeret.

Curtius & Rosenthal *d.ll.* Idem Rosenthal *c.9.membr.2 conclus.77.num.12.per ibidem allegat.* Aliud tamen, si agnati etiam sint heredes vasalli, dicendum est. vide Rosenthal *d. memb.2.conclus 69.* Diss. Pinell. *in l.1.part.3.num.50. C. de bon.matern.* e) Respectu enim utilis dominii domino hujusmodi transactio praejudicat, ut scilicet alium cogatu habere vasallum, quàm cui concessit, aut quem investivi & ex ipsius persona feudi aperturam, quae sperari pote metiri. Sonsbec. *d.loc.nu.97* Rosenth. *d.concl.21.n.7.* Matth Matthesil. *sing.25.nu.14.* f) Res enim inter alios acta ali nocere non debet. *tot.tit. C. ne res int.al.act.l.3.ff.de tran act.cum sim.* Rosenth. *d.loc.*

6 Materia transactionis sunt omnes res dubia incertae, & litigiosae *a*. De rebus igitur certis *b*, pu ta de re judicata, vel jurejurando decisa *c*, transig non potest. Sed & de quibusdam reb. ex peculiar causà quandoq; sine certis solennitatib. & requisitis, quandoq; omnino transigere prohibemur. Si de futuris *d* alimentis, testamento vel aliâ quavi ultimâ voluntate *e* relictis, si alimentorum caus inde deterior reddatur *f*, nonnisi praetoriâ eaque accuratâ causae cognitione interveniente *g*. Si de controversiis, quae ex testamento *h* profici scuntur, non nisi cognitis inspectisq; verbis testa menti *i*, transigere licet *k*.

a) *L.1.ff.h.tit. vide supra thes.1.lit.e.* b) *l.si causa 32. C hoc titulo.* Idque adeò verum est, ut post rem judicatam transigens & solvens, id tanquam indebitum repetere po sit, cùm nullius momenti talis sit transactio. *l.23.§.1.ff.de condict.indeb.* Lis enim re judicatâ tollitur. *l.1.ff.de re judi.* Huic autem assertioni locus est, cùm de sententia indubitata, quaeq; nullo remedio retractari potest, transigitur. Caeterùm ubicunque adhuc lis subesse potest, puta si sententi non valeat. *d.l.32. ibi, causa cognita, &c. junct.l.7.C.de sentent. & interlocut. argum. l.4. §.condemnatum. ff. de re judic.* Donellus *in d.l.32. num.2.* item si à sententia jure la

sit ap

...,*l.7. in princ.ff.h.tit.d.l.23.§.1.ff.de condictione* ...llatione enim exstinguitur,aut saltem suspen... ...ciatio judicis. *l.1.§.fin.ff.ad SCtum Turpill.* ...*num.3.* Duarenus *hic cap.2.* Item si appellari ...it. *l.7. in princ.ff. hoc tit.d.l.23.§.3. ibi,attentari* ...uarenus *d.loc.*Donell.*d.loc.num.5.* Item si cau... ...stitutio in integrum impetrata sit.*d.l.32.*Quod ...atio facit jure communi,id jure singulari resti... ...egrum,*tot.tit.C.si advers.rem judic.l.4 ff.de in* ...tut. Duaren.*d.loc.* Donell.*ibidem num.4.* Item si ...dicatum esse,*l.11.ff.hoc tit.*Donell.& Duaren *dd.* ...io proculdubio subsistet, Petrus Costal. *ad l.si* ...*C.hoc tit.* Cujacius *ad l.7.ff.hoc tit.& ad lib.1.sen.* ...*tit.1.§. de rebus.* Johan Borch.*de transact.cap.3.* ...*sequentib.* Quin autem pactio de re judicata va... ...ambigimus,*l.7.§.si paciscar.l.46.ff. de pact. l.1.ff.* ...lib.1.*sent.tit.1.§.fin.*Donell.*d.loc.num.7.*Duaren. ...*l.1. l.2. & passim. ff. de jurejurand.* Duaren. *d.loc.* ...*cent.1. miscellan.controvers.assert.20.* *d)* De præ... ...nim alimentis rectè transigitur,*l.8.C. hoc tit.* Idque ...ia præterita alimenta,quamvis verbo alimenta di... ...re tamen alimenta non sunt,cùm in præteritum ali... ...ri non possit,Donellus *in d.l.8. num.9.* nec ampliùs ...menta,postquam vita aliunde in præteritum est sus... ...a Wesenb.*in par.ff.hic num.5.* *e)* Aliud enim dicen... ...est de alimentis ex contractu debitis,*l.cùm hi 8.§.1.* ...*ff.hoc.tit.* In alimentis autem testamento relictis hoc ...eculiariter est constitutum,ut voluntas testatoris ser... ...*l.1. C. de SS. Ecclesia.* quem verisimile est, alimenta ...ticulatim potiùs relinquere,quàm summam integram ...el præstari,adeóq; alimentario consulere voluisse,ne de... ...tâ eâ pecuniâ esurire & mendicare cogatur,*argum.l.13.* ...*ann.leg.l 28.ff.de lib.& posthum.*quę ratio cessat in his, ...ex contractu debentur,alimentis. Ibi enim promissor ...potiùs consulit & prospicit,quàm alimentario. Et nul... ...ratio prohibet,quò minùs obligatio, quæ ex consensu ...trahentium est orta,eorundem consensu dissolvatur,*l.* ...*tam.ff.de Reg.Jur.* Duaren *d.cap.1. & libr.1. disp. ann.* ...quem refert & sequitur Menoch.*de arb.jud.quæst.lib.2.*

cent.3. cap.270.n.2. & 3. Cujacius *in d.l.8.ff. hic.* Donell.*in d.l.8.C.eodem.num.5.* Sichard.*ibid.num.5.* Dissent.Robert. Aurel.*lib.4.sentent.jur.cap.19.* quem refutat Menoch.*d.* num.4.*& seqq. f) d.l.8.§.6& §.penult.ff.hic. g) tot. l.8.ff. h. tit.* Prætor autem in hac causæ cognitione tria potissimùm spectare,& diligenter examinare debet,quę sit trans-igendi causa, *d.l.8. §.9.* qui modus, *d.l.8. §.10.* & quæ sint transigentium personæ,*§.11.* Videatur hac de re Menoch. *d.cas.270.num.6.& multis seqq. h)* Scripto,Borch.*cap.3.de transact.num.16.& seqq.* Idem senserunt ante eum Albericus & Fulgos.*in l.6.ff.hoc tit.* Dissentit Jacob.de Aren.qui dispositionem *d.l.6.* etiam in testamento nuncupativo procedere existimat.Pro conciliatione hujus cum nostra sententia vide Cisnerum *ad d.l.6,num.ult.* i) *l.6,*ubi Costal.*ff.hoc tit.l.1.in princ.& §.1.quem.testam.aper.* Donellus *in l.32.num.13.& seqq.C.hoc tit.*Gail.*lib.2.observ.139.num.10.* Dissentit Cujac. *in l.1.ff. hoc tit. in fine.* ubi ex incuria Triboniani *l.6.in titul.de transact.* conjectam,peregrinam autem & alienam à proposito esse asserit. An autem transigentes huic cognitioni & inspectioni verborum testamenti renunciare possint,non incommodè quæritur? Et non posse,concludimus. Ratio est odium occultantium,testamentum & favor publicus,ut testamenta executioni mandentur. Publica igitur in hac re versatur utilitas,cui transigendo nocere nemo potest, *l.7.§. si paciscar. l. si unus. §.pacta.l.jus publicum.ff.de pact.l.pacta quæ contra.C.eodem.* Bartolus *in d.l.* ubi plures ad hanc rem rationes congerit,quem sequitur Bocer.*hic.thes.7.*Hackelmannus *disp.2.thes.16.lit.e.* Treutler.*vol.1. disput.7. thes.4. lit.e.* Borch.*de transact. cap.3.n.21.* (Dissent.*gloss.in d. l.6. per l.29. C. de pact.* Anton.Fab. *ad l.6.ff.h.t. in fin.*) etiamsi jurata sit renunciatio,*argum. 5.C.de LL.* Roland.à Valle *cons.13.volum.1.num.27.* Rationes vide apud Hedemann.*in disput.de transact.thes.15.* Dissent. ab eo allegati, quibus adde Seraphin. de Seraphinis *tract. de privil. jur. privil. 10. num.2. & seqq. k)* Imò nec donandi animo pacisci,quia eadem est prohibitionis ratio in pacto donationis causâ interposito,quæ & in transactione,ne videlicet ultimæ defunctorum voluntates exitum sortiri impediantur, *fac. l.5. ff. quem. test. aper.* Paul. *lib.*

sent.

m. l. 18. C. de transaction. l. de crimine. C. ad L.
. Cujacius in d. l. 8. ff. hoc tit. Dissentit Donell.
ic. & in l. 32. num. 14. eod. Bocer. d. loc. thes. 6.
nus lib. 5. comment. jur. civil. cap. 7. Borch. ad h.
.

rimine publico capitali *a*, tam actor *b*,
s *c*, tam ante quàm post constitutum ju-
npunè *d* transigere & pacisci potest *e*, ex-
lterio *f*. De crimine autem publico non
ctori & reo ante acceptum judicium qui-
sigere & pacisci licet *g*. Lite autem con-
o recepto, imò tantùm postulato & de-
o crimine, id est, libello accusatorio obla-
s pactio & transactio non petitâ abolitio-
a inhibetur *h*, excepto crimine falsi *i*. De
ibus privatis, siquidem civiliter agatur an-
on post litem contestatam *l*, sin criminali-
nino transigere non licet *m*.

apitale crimen hîc intelligitur, quod pœnam san-
eu mortis naturalis irrogat, arg. l. 18. C. h. tit. ff. de
i sib. Cuj. lib. 6. obs. 11. Donell. in d. l. 18. n. 2. Ex quo
debet, crimina, quæ mortis pœnam non ingerunt,
uinis effusionem inducant, ut quæ amputationem
, aut verbera infligunt, huc non pertinere, l. 103. ubi
nu. 4. ff. de V. S. & in tract. de contrah. & comm. stipul.
conclus. 12. nu. 134. & seqq. Donell. in d. l. 18. nu. 9. & 10.
bias Stephani in tract. de jurisd. Rom. Imp. lib. 1. cap. 10.
& seqq. Dissent. Clar. lib. 5. §. fin. pr. crim. quæst. 58. nu. 7.
Sichard. in d. l. 18. num. 2. b) d. l. transigere 18. C. hîc.
igendi enim verbum actori magis propriè convenit,
s præcipuè litem finit actionem omittendo. Transige-
em est litem finire, l. 13. ff. l. 16. C. eod. Sed & ratio, quæ
r in l. 1. ff. de bon. eor. ibi, Nam ignoscendum, &c. in
e locum habet. Accusator enim in probatione defici-
præsumitur calumniator, & punitur pœnâ talionis, l.
C. de accus. ut sic necesse habeat sanguinem suum redi-

mere. Donell. *in d.l.18.num.5.* Sichard. *ibid.nu.6.7.& 8.* Di
ſent. Hotom. *illuſt. quæſt.23.* nec ante, nec poſt conſtitutu
judicium actorem impunè transigere exiſtimans. c) *d.l.*
C.hic.l.fin.ff. de prævar.d.l.1.ff.de bon.eor. Sichard. *d.loc.n*
Disſent. Hotom. *d.quæſt.23.* reum & ante & poſt litem inſ
tutam transigentem nihil agere contendens. Aliter diſſe
Gail. *lib.1.de pac.publ.cap.11. num.17.* putans ante accuſati
nem, transactionem factam nullius eſſe momenti; al
Treutl. *d.diſput.7.theſ.5.lit.a.* aliter alii. *d)* Quamvis igit
aliâs ob non accuſandum pecuniam accipiens concuſſi
nis teneatur, *l.2.ff.de concuſſ.l.8.ff.de accuſ.* & accuſator, c
ab accuſatione deſiſtit, in pœnam SC. Turpilliani incid
l.2. & l.pen.C. ad Turpill.l.1.§.ſi quis autem.l.in SC. in pr
eod. ab his tamen pœnis, ſi transegit de crimine capitali,
munis eſt, *arg.l.deſtitiſſe.ff.ad Turpill.* nec tenetur petere a
olitionem. Disſent. Weſ. *in par.ff.hîc.n.5.* Licet etiam
corrumpens accuſatorem pro confeſſo & convicto habe
tur, *l.3.l.29.ff.de jur.fiſc.* idem tamen ſi fecerit in crimine ca
pitali, impune erit, *per text. in d.l.1.ff. de bon. eor.l.fin.ff.de*
prævar. Proſp. Farin. *lib.1.prax. & theoret.crim.tit.1.quæſt*
nu.18. Si enim prohibitum non eſt transigere de criminib
capitalibus, permiſſum eſſe intelligitur, *arg.l.1.ff. de teſt*
l.43.§.1.ff. de procur. Si permiſſum eſt transigere, rata e
transactio, ut accuſator, qui transegit, ampliùs accuſa
reum non poſſit, & transactio ſit impunita. Quod enim l
ge permittente fit, pœnam non meretur, *l.Gracchus.C.*
l.Jul.de adult. Donell. *in ſæpe d.l.18.num.3.4.5.* Sichard. *ib*
num.5. *e)* Quia omnis honeſta ratio eſt expediendæ ſa
tis, ſanguinemque ſuum redimendi, *l.1.ff.de bon.eor.* Cu
lib.6.obſerv.11. Weſenb. *in par.hic.num.5.* Clar. *d.quæſt.*
num.5. f) *Sæpe d.l.18. C. hic.* Rationes autem diverſita
cur in crimine adulterii non liceat transigere, ſicut in a
publicis capitalibus delictis, vide apud Donell. *in d.l.*
num.7. Weſenb. *d.loc.* Tiraquell. *de LL.connub.l.13.nu.*
Anton. Faber. *2. conject. cap.20.* Erroneum eſt autem, qu
hîc vulgò Interpp. ſentiunt, crimen adulterii L. Juliâ capi
le non fuiſſe, ſed Impp. conſtitutionibus demum factum
ſe capitale. *§.4. Inſtit. de publ.judic.* ad quam L. Juliam
ſpexit Imp. *in l.30. C. ad l.Jul. de adult.* Tiraq. *d.loc.* Co

2.miſc

n.7.8.9. Menoch. *de arb. jud. quæst. lib. 2. cent.* 2.3. Gœdd. *in d. tr. de contrah. stipul. c.6. conclus.* & *seq.* Huc etiam conducunt ea, quæ tradit *robat. vol. 1. conclus. 57. num. 1.* & *2.* Dissentit *bs. 11.* & *lib. 20. obs. 18.* Wesenb. *in parat. ff. hic.* *L. Jul. de adult. num. 19.* qui verba hæc, Excepto riboniano asscribunt, Anton. Fab. *d. cap. 20.* riti interpretis esse opinatur, Duar. *d. cap. 2.* & *adult. cap. 4.* Hotom. *d. quæst. 23.* qui in *d. l. 18.* tali negationem præponit, adeoque novam le- nstitutioni contrariam adversus omnium Codi- condit. Donell. *in d. l. 18. num. 6.* Dissentientes ntur Treutl. *d. thes. 5. lit. c.* Bocer. *d. disput. thes. 12.* de stupro capitali transigere liceat, controversiâ : Et non licere, id satis evincit, quòd in *d. l. 18.* n excipitur, cujus appellatione in L. Julia stu- ntinetur, *l. 6. §. 1. ff. ad L. Jul. de adult. l. 101. ff. de* *sf.* Donell. *in d. l. 18. §. 8.* Dissent. Coras. *2. miscel. 1.* lar. *d. quæst. 58. num. 14.* quos sequuntur Treut. Bo- Hackelman. *d. dispu. thes 17. lit. e.* Circa crimen ra- inguendum est. Aut enim raptus accusatio ex L. Ju- dulteriis instituitur, & prohibita est de eo transactio, *en. C. de rapt. l. pen. C. quib. caus.* Aut raptor accusa- L. Julia de vi, & transigere de eo licebit, *l. 5. §. fin. ff.* *Jul. de vi publ.* Dissent. Sichard. *in d. l. 18. in fin.* in- ite transactionem admittens, item Boër. *decis. 91.* 2. Aliter Donell. *ibid. num. 8. in fin.* indistinctè eam ibens. g) *argum. l. 7. §. si paciscar. l. 27. §. pacta. ff. de* *l. 25. §. 8. in fin. ff. de ædilit. edict.* Wesenbec. *in princ.* *num. 5.* h) *d. l. 18.* Cavet enim accusator, se persevera- m in judicio usque ad sententiam, *l. 7. §. 1. de accus. l. 3.* *m accus. poss.* Et qui pecuniâ acceptâ destitit, turpem ctum fecisse dicitur, & ideò ad accusandum non am- us admittitur, *l. 15. §. idem. ff. ad Turpill. l. 8. ff. de accus.* *vell. 53. cap. 2. Novell. 112. cap. 2. in princ.* Quare si sine olitione desistat, in SC. Turpillianum incidit, *l. 1. §. 7. l. 6.* *l. 15. ff. ad Turpill. l. 2. C. eod.* Dn. Præs. *d. loc. conclusion. 2.* dent. Hotoman. *d. quæst. illustr. 23.* i) *dict. l. 18. Cod. hic.* De cujus rescripti verbis si quæritur, verbum CITRA am-

biguum eſſe dicimus,&interdum pro SINE accipi,non raro quoq; eandem cum voce PRÆTER ſignificationem admittere, ſicut non uno in loco ita accipitur, *l.fin.ff.de calumn.l. unic.§.13.in fin. C. de rei uxor.act.* Si verò de jure quæratur num quid transigere,de crimine falſi liceat? Id licere puta mus *per l.2. C. de his quib. ut indign. l.7.C.ad l.Corn.de fal. l.pen.in fin. C. de transact.* Cujac.*d.obſerv.11.*Gœdd.*d.tract. de contrah.ſtipul.cap.6.concluſ.12.num.160.& ſeqq.*Bronch. *cent.1.ἐναντ.aſſert.43.*Disſent.Donell.*in d.l.18.n.13.& ſeqq.* Weſenb.*in parat.ff.hic.nu.5.in fin.* Ant.Fab.*2.conject.c.2* Hotom.*d.quæſt.illuſtr.23.*quos ſequitur Treut.*d.theſ.5.lit.* Rationes autem,cur non,ut de aliis criminibus non capitalibus,ita & de falſi crimine,transigere prohibitum ſit,ſunt quòd falſum,etiamſi crimen ſit publicum,maximè tamen ad rem & injuriam privatam pertineat, *l.1.§.1.ff.de injur.* & quia pœna falſi arbitraria eſſe cœpit, *l.21.l.penult.ff.de falſ. l.pen.C.eod.*adeoque ad mortem extendi poteſt. Weſenb. *in loc.* k) *l.14.ff. de his qui not. inf. arg. l.26.§.1.ff. de nox. act.* Cujac.*10.obſ.17.*Disſent.Clarus *d.quæſt.58.num.16.* l) Poſt litem igitur conteſtatam transigens de privatis delictis infamiâ notatur,& pro confeſſo & convicto habetur, *l.4.in fi. l.5.& 6.ff. de his qui not.inf.* m) *arg.d.l.18. & l.7.ff.ad Tu pill.juncta l.6,in princ.ff.eod.* Cui adde Sichard.*in d.l.18.n.1* Conrad.Lag.*meth.Jur.Civ.p.4.cap.20.nu.11.& 12.*Fachin. *lib.1.controv.jur.cap.9.*

8 Forma transactionis in eo potiſſimùm conſiſtit,ut pro remiſſione rei litigioſæ,aliquid econtra præſtetur,aut fiat *a.* Fit & transactio vel nudo pacto,vel per Aquilianam ſtipulationem *b.* Utraque iterum vel generaliter,vel ſpecialiter *c.* Sed pœna plerumq; transactioni adjicitur *d,* quandoque juramentum *e,* interdum Scriptura *f* acced Unde variæ ſpecies transactionis naſcuntur.

a) *l.1.ff.hic.l.38.C.eod.* Weſenb.*in par.ff.hic.n.6.* b) *l.* & *l.4.ff.hoc tit.l.3.l.4.l.15.l.32.l.40. Cod.eod.* c) id eſt, verbis generalibus vel ſpecialibus, *l.29.l.ſi de certa. C.hoc* Duar.*hic.cap.3.*Donell.*ad l.19.C.hoc tit.& ibid.*Jaſ.*num.* d) *l.*

hoc tit. l. 37. l. 40. C. eod. c) l. 41. cum seq. C. d. t.
tit.

ꝛrùm transactiones non minorem, judicatæ authoritatem & effectum ha- ꝛer transigentes *b*. Hinc causas vel lites nibus decisas, ne Imperiali quidem re- suscitari *c*, nec sub instrumentorum pertorum *d*, aut læsionis cujuscunque u instaurari posse placuit. Imò nec pœni- ꝛus in iis relinquitur *f*.

C. hoc tit. *b)* Aliis enim transactio inter alios fa- prodest, neque obest, *l. 3. ff. hoc. tit. l. 1.* ubi Donell. *qua vid.* Duaren. *cap. 3. hic. l. 27. §. 4. in fin. ff. de pact.* tamen causâ propter incertitudinem successionis est, ut transactio inter legitimum & scriptum he- cta, creditorib. defuncti noceat, quamvis cum eis ansactum. *l. 3. & l. 14. ff. hoc tit.* Vid. Duar. *d. cap. 3.* bi Donell. *C. hic.* Nullus enim futurus esset litium transactionibus bonâ fide interpositis discedi faci- tis, *l. fratris 10. C. hic.* d) *l. 19.* & ibi Donell. *C. hic.* In tamē publico repertis postea instrumentis ex causa go adversus transactionem agere permittitur, *arg. l. re judic.* Donell. *d. loc. num. 2.* An transactio ex falsis mentis inita ipso jure sit nulla, an verò per in integrū tionem rescindenda, controvertunt Dd. *in l. pen. C.* sterius placet, *l. 33. ff. de re jud. d. l. pen. ibi, Retractar. C.* Menoch. *lib. 1. de arb. jud. quæst cap. 15.* Diss. Zas. *1. sing. cap. 13.* & alii *per l. 11. ff. de except. l. 1. 2. & 3. C. si ex fals.* rationem Zasii *d. loc.* ad quam respondet Menoch. *e)* Beneficium igitur *l. 2. C. de rescind. vend.* in trans- locum non habere, concludimus, etiamsi enormis- læsio prætendatur, *l. Lucius Titius 78. §. fin. ff. ad SC.* *l. 65. in princ. & §. 1. ff. de condict. indeb. cum similibus.* de Arena *in l. si voluntate. C. de rescind. vend.* Petrus Per. *in d. l. 2. C. de rescind. vend.* Item *glos. 2. in c. cùm de empt.* & ibi Cardi. Zabarel. refert Jo. Tanc. & Vin. tuisse. Abbas Pan. *in cons. 15. vol. 2.* Alex. *cons. 42. col. 4.*

vol.1. Matthias de Afflict. *in decis. Neapol. 220.* Phil. Dec. *cons. 216.* Card. Ruin *cons. 132. n. 3. vol. 1.* Zas. *in l. si quis cum aliter ff. de V. O. & consil. 18. n. 16. lib. 1.* Jas. & Alciat. *in l. quamvis eum. C. de transact.* Cravet. *cons. 151. col. pen. v. sextò transact. &c.* Fich. *tom. 2. cons. 31. n. 7. & 8.* Spec. *in t. de empt. vend. nunc dicendum. v. Quid de transactione.* Donel. *in d. l. 2. C. de rescind. vend. n. 22.* Gail. *l. 2. obs. 70.* Rol. à Vall. *cons. 28. vol. 4. n. 25. & seq.* Gothofr. *ad d. l. 2. lit. m.* quos sequuntur Treut. *hic thes. ult. lit. c.* Hackelm. *thes. 20. lit. a.* Bocer. *thes. 14.* Idem *in repetitione l. ea quæ. C. de condict. indeb. in fin. tract. de dot. collocata.* Borch. *ad hunc tit. cap. ult.* Ant. Fab. *part. 1. error. pragmat. decad. 8. errore 10. Error. 7. decad. 1.* Ludov. Gomez *in Comment. ad Reg. Cancell. judic. reg. de ann. poss. quæst. pag. mihi 238. b.* Adrian. Gylman. *in symphor. supplic. & tom. 1. pag. 3. vot. 16. num. 21. cum seqq. & tom. 4. p. 1. vot. 1. num. 110.* Everhard. *in Top. loc. à sent. ad transact.* Disser. Bart. *in d. l. 2. num. 7.* Mynsing. *1. observ. 33.* Pinell. *in l. 2. C. de rescind. vend. part. 1. cap. 4. num. 12. cum seqq.* Wesenb. *in par. ff. hic. circa fin.* Fabian. de mont. *tract. de empt. & vend. in 8. quæst. princ.* Oldendorp. *in Enchir. except. contra transactionem 35.* Fachin. *lib. 2. controv. c. 26.* Jacob. Gour. *in l. 2. C. de rescind. vendit. part. 159. cum seq.* f) *l. 39. C. h. t.* Vide tamen Wesenb. *in par. ff. hic. num. 6. pag. mihi 153. circa medium.* Mudæ. *in l. societatem mecum. §. arbitrorum. num. 4. ff. pro soc.*

10 Transactio nudo pacto facta, sicut priorem actionem ante transactionem competentem non extinguit *a*, ita nec actionem aliam novam inducit *b*, sed ad exceptionem tantùm reo prodest *c*, nisi ab alterutra parte implementum ejus accesserit. Tum enim, quia contractus innominatus esse incipit, actionem præscriptis verbis parit *d*. Transactio autem, cui stipulatio Aquiliana accessit, sicut priorem actionem omnino perimit *e*, ita & aliam ex stipulatu scilicet actionem producit *f*. Si & Aquilianam stipulationem ac-

cep

e iterum perimi contigerit, jam nulla
rest actio adversus reum, nisi actio de
, & quod metus causa *g*. Deniq; à jura-
ione recedens, major juris sui amissione
e plectitur pœnâ *h*.

9. C. hîc. arg. l. nihil tam. ff. de Reg. Jul. b) *l. 28.*
igitur in casu, si reus conventa non præstiterit,
rit quidem, dolo tamen aut metu ad transigen-
em induxerit, actor primâ actione (utpote per
dum non exstinctâ) experiri poterit, quâ conse-
quod in primam actionem erat deductum, aut
ansactione conventum est. Sin ex parte rei oppo-
nsactionis exceptio, ea per doli mali replicatio-
tur. *l. 19. l. 28. C. hoc tit.* Wesenb. *in par. ff. hic. num.*
c. cap. 5. c) *d. l. 28. cum similib. C. hic.* Notandum
odie moribus nostris etiam ex pactis nudis, seriò
atè initis, actionem dari, adeoque has dist. minùs
tinere. Wesenb. *d. loc. & in par. ff. de pact. num. 9.*
pact. cap. ult. num. ult. d) *l. 6. & ibi* Donell. *C. hic.*
hic. f) *d. l. 6. l. 15. l. 40. C. hic.* Dissent. Wesenb.
n. 7. Si pœnalis stipulatio transactioni sit adjecta,
r, an eâ commissâ stipulator simul pœnam petere
modo transactionis frui possit. Cujus negativa ve-
communior est. *l. 10. §. 1. ubi Cujac. ff. de pact. l. 40. C.*
§. pen. de cond. indeb. l. 3. §. Labeo. ff. de dol. mal. ex-
Donell. *in d. l. 40. num. 9.* Duaren. *hic. cap. 6. in fin.* Ho-
ustr. quæst. 10. Botch. *ad hunc tit. cap. ult. num. 22.* Pac.
quæst. 90. Anton. Fab. *in Rational. ad l. 10. §. 1. ff. de*
& l. 16. ff. h. t. Dissent. Azo *in summ. C. hic. gl. in l. cum*
& in d. l. 40. C. hic. nisi forte in transactione in-
convenerit, ut rato manente pacto pœna exigi pos-
Duaren. *d. cap. 6.* g) *l. 4. l. 13. l. 19. C. hoc titulo.* si scil. do-
lo aut metu transactio expressa sit. Donell. *in d. l. 4.*
num. 2. Bocer. *d. disputat. thes. 16. lit. A.* h) *l. 41. &*
Donell. *C. hic.* Unde apparet, eorum sententiam erro-
esse, qui perjurum, si per Deum pejeraverit, jure
non puniri existimant. Id quod probatur etiam ex
l. 13. §. ult. ff. de jurejuran. l. nam sufficit 22. ff. de dol.

mal.l.ult.ff.de crim.stellionat.l.17.C.de dignit. Duaren.*lib.2.dispu.cap.37.* Menoch.*de arb.jud.quæst.cent.4.cas.319.* Wesenb.*in par. de jurejuran.num.13.* Dn. Vultejus *lib.1.Jurispr.cap.54.* & *lib.1. discept.cap.7.* Pac.*cent.3.quæst.79.* Bronch.*cent.1.ass.71.* Dissent. Cujac.*lib.2.observ.19.* & *lib.8.observ.7.* Donell.*de jurejur.cap.9.n.8.* Fachin.*lib.1.controv.cap.14.*

DISPUTATIO III.

DE SERVITUTIBUS PERsonalibus.

Respondente

MATTHIA EXWEILERO Seinano.

SErvitus personalis est jus personæ, quo ei res servit *a*: ejusque species sunt ususfructus usus & habitatio *b*. Ususfructus est servitus personalis rebus alienis *c* utendifruendi. Et est verus vel quasi. Verus ususfructus est jus alienâ re utendifruendi, salvâ rei substantiâ *d*. Et constituitur aut usu & possessione nostra, veluti longi temporis præscriptione *e*, aut aliunde, quod fit partim alieno facto & operâ, partim lege. Alieno facto rursus vel à privato extra judicii causam, tam inter vivos; veluti stipulationibus *f* & pactionibus, contractibus adjectis *g*, quàm ultimis voluntatibus legato *h*, donatione mortis causa *i*, vel à judice, veluti si in judicio familiæ erciscundæ & communi dividundo, alii proprietatem alii usumfructum adjudicaverit *k*. Lege ususfructus constituitur, primùm patrifamiliâs in bonis liberorum adventitiis *l*, deinde patri in bonis liberorum man[...]

rum pro parte dimidia *m*, deniq; con-
rstiti ad secundas nuptias transeunti, in
rnis ex successione filiorum prioris ma-
lli ab intestato quæsitis, eo casu, quo &
ori matrimonio sunt superstites *o*, non
i, in lucris nuptialibus *p*, exceptâ virili
cujus ipso jure fit uxor domina *q*.

. de *usufr. l. 3. §. fin. ff. quib. mod. usufr. amitt. l. 34.*
de servit. rustic. prædior. l. 1. §. & datur. ff. de aqua
stiv. b) *tit. Instit. de usufr. & tit. seq.* c) res enim
mini servit. *l. 5. ff. si usufr. petat.* Quæ unica ratio
um esse usumfructum, uti Dd. vocant, causalem.
b. 10. com. cap. 2. pag. 378. Corasl. *lib. 5. miscellan. c. 3.*
lib. 4. com. c. 3. Duaren. *ad l. 126. ff. de V. O.* Gœdd.
um. 1. ff. de V. S. Petr. Heig. *in comment. ad §. 1. Instit.*
6. 7. & 8. Dissent. Dd. communiter Bartol. *in l. 13. §.*
n. 2. ff. de Accept. Robert. Marant. *in repet. l. is qui*
112. ff. de acq. her. Gom. *tom. 2. var. resol. c. 15. num. 2.*
el. *in l. 1. par. 2. nu. 9. & seq. C. de bon. matern.* Mynsl.
eid. *ad h. t.* Quorum exemplo faciliotis doctrinæ
listinctionem illam retinendam quoque putat Pac.
quæst. 49. d) Hisce differt verus ususfructus à qua-
fructu & etiam ab emphyteusi. *l. 1. & 2. C. de jure*
vide Hotom. *illustr. quæst. 24.* & Bronch. *cent. 1. mi-*
ontrov. assert. 47. qui hanc definitionem à multis, quæ
sunt objici, defendunt. e) *l. ult. §. fin. C. de usufruct.*
3. in pr. ff. h. t. §. 1. in fin. Instit. h. t. g) *leg. 9. ff. de donat.*
l. 3. in pr. ff. h. t. §. 1. Cujacius *in tract. 9.* ad African. in
Borch. *in comm. ad tit. de pactis. c. ult. num. 38.* i) *d. l. 3. in*
d. l. 25. §. ult. ff. h. t. d. §. 1. l. 1. & t. t. ff. de usu & usufr. legato.
l. §. 2. ff. usufr. quemad. cav. l. 6. §. 1. ff. h. t. l. 16. §. 1. ff. famil.
l. 6. §. 10. ff. famil. ercisc. Donell. *lib. 10. comm. cap. 6.*
6. in pr. C. de bonis quæ liber. c. 1. vers. quod nobis. Instit.
quas personas nob. acquir. non tamen in feudo, maximè
ratione militiæ feudum sit datum. Isern. *in c. 1. num. 13.*
feud. dat. poss. Roland. à Valle *cons. 71. num. 65. vol. 2.*
Alvarot. Præpos. *in c. unic. §. si duo, de duobus frat.*

de nov. ben. investit. Wesenb.*c.5.nu.4.* Schneid.*p.3.nu.92.* Borch.*c.5.nu.48.* Vultej.*lib.1.de feud.cap.4.num.8.* Bronch. *cent.2. misc. controv. assert.83.* Dissent.Niell.*disput.feud.* *thes.5.* Curt.jun. *p.3,memb.2.* Fachin.*lib.7.c.77.* Cæterùm cùm patri ex bonis filii debitus usufructus per avum a- ferri possit secundùm *Auth. Excipitur. C.de bonis quæ li-* quæritur, an id non solùm expresse, sed & tacitè fieri possi Affirmant Boër.*decis.103.* Moller.*2.Semest.26.& noviss.* Petr.Heig *part.2.quæst.jur.12.* m) *l.6.§.3.C.de bon.quæ li.* *§.2.vers. Ideoq; statuimus. Instit. per quas person.* n) *l.5.* *auth.uxore mortua.C.de secun.nupt.Nov.98.cap.1.* o) *l.3.* *auth. ex testamento. C. d. tit. Nov.22.c.46.§.3.* p) *d.auth.* *uxore mortua. Nov.98.c.1.* q) *auth.si tamen. C.de sec.nu.* *Nov.127.c.3.* Donell.*d.lib.10.com.c.4.*

2 Usufructu ultimâ voluntate constituto, tr- ditione vel patientia opus non est *a*; secus i- constituto inter vivos *b*. Dies verò legati usus- fructus cedit ab adita hereditate *c* tandem; ex die legatus sit, dies non cedit, nisi cùm & v- niet *d*. Cæterùm non singularum rerum tan- tùm *e*, sed & omnium bonorum *f* usufructu relinqui potest. Et constituitur quidem vel pu- rè, vel sub conditione *g*, ad diem *h*, vel ex die tam pro parte divisa quàm pro parte indivisa quia usufructus solus dividuus est, reliquæ se- vitutes individuæ *l*.

a) Quia legatum ipso jure ignoranti legatario ce- *l.19.§.1.ff. quemadm.servit. amitt. l.86.§.2.ff. de leg.1.l.* *in fin.ff. de furtis.* Jul.Paulus *lib.3. recept.sent. tit.6.§.u-* *fructus.* ubi Cujac. Idem *lib.11.observ.36.* Diss.Johan. C- ras.*in l.3.num.19.ff.de servit.* b) ubi in re corporali tradi- requiritur, in incorporali patientia pro traditione est *a* *l.1. ff. de servit. rustic.* c) *l.unica. §.2. ff. quand.dies usus-* d) *dicta lege unica.§.3.& seq.l.2.ff.quando dies legat.* e) *§.1. h. t.* f) *l.29.l.34.§.2.ff. h.t.* Si tamen legetur omni- bonorum usufructus, non debet excedi dodrantis æstim- tio..

i Costal.*l.34.in fin.ff.h.t.* Cujacius *ad Nov.18.* *com. c.4.* Quæritur hoc loco commodè, an as omnium bonorum teneatur ad solvendum Minimè; sed detracto eo minuetur usufructus. Falcid.*l.fin.* ubi Dd.*ff.de usufruct.legat.* Geil.*lib.* 5. Vaud. *lib.1. quæst.31.* Hartman. Pistor. *lib.1.* *quæst.46. num.19. cum seqq.* Gœdd.*ad l.49.nu.* *65.in fin.ff. de verb.signif.* Fachin.*lib.4.controv.* *d l.37.§.fin.ff.h.t.*Cujac.*ad l.37.ff.de usufruct.leg.* *it.1.miscell.controv.ass.49.* Disf.Angel.*in §.1.In-* *t in l.fin.ff.de usufr.leg.*Guido Pap.*decis.541.* g)*l.* *exhib.l.16.ff.quib. mod. ususfr.fin.* h) *l.16.§.2.ff.* *c.l.4.ff.h.t.* i) *l.4.ff.h.t.* k) *l.5.ff.h.t.* Conan.*l.4.* *1.*Donell.*lib.10.com.c.5.& c.16.* l)*l.5.ff.h.t.l.16.ff.* *l.7. §. eum. ff. com.divid.l.13. & 31.ff.de usufr.le-* *d L.Falcid.& l.42.ff.h.t.l.19.ff.de usu & habita.l.* *uj.lib.12.obs.13. & ad l.72.ff.de V.O.* Andr.Alciat. *dox.c.17.*Borch.*in com.ad tit.de V.O.c.2.n.29.*Va- *declarat.jur.declar.73.n.5.6.7.8.*Cotas.*in l.5.n.14.* *).*Donell.*lib.10.com.c.5.* Gœdd.*in tract. de contrah.* *concl.22. n,295. & multis seqq. & ad l.25.ff.de V.* Dissent.Hotom.*lib.7. obs.1. & in illustr.quæst.20.* u- *tum* individuum esse existimans. Argumenta ipsius *m* Gœdd.*d.loco.*

Usufructuarius priusquam usumfructum *itutum* consequatur, cautionem *a* fidejusso- *b* præstare tenetur *c*, quam heres quidem re- *ere* potest, testator autem minimè *d*. Donator *en* omnium bonorum usumfructum sibi re- *ans* ad donatarii petitionem cautionem præ- *non* cogitur *e*.

Quæ duo capita continet, quorum prius est quòd usu- *ctuarius* arbitratu boni viri utifrui, nec causam proprie- *tatis* deteriorem reddere, *l.1. in prin. & §.3.ff.usufr.quemad.* *l.13.in prin.ff.h.t.* Posterius, quòd finito usufructu rem *ctuariã* quodq; inde extabit, restituere velit.*d.l.1.& t.t.* *usufr.quemad.cav.* b) Est enim hæc cautio prætoria.*l.13.*

in prin.ff.l.4.C.h.t.l.7.ff.usufr.quemad.cav. cujus natura ut fiat fidejussoribus. *l.7. ff. de stipul. pretor.* Donell. lib com.c.14. v.cùm locus erit huic cautioni. Bronch.cent.1 *scel.controv. assert.50.* Dissent. quidam, existimantes, e pignoribus sufficienter caveri posse. Quòd si tamen pro paupertatem forsan usufructuarius satisdare nequea fundi ædiúmve ususfructus relictus sit, nudā promissio sufficere æquius est, ita tamē ut proprietarius rei fructu tanquam custos & observator esse jubeatur, ac curam beat ne quid res detrimenti capiat. *arg.l.5.§.2.ff.de e Carbon.* aut si hoc minùs tutum esse videatur, aut pro tarii conditio id non ferat, curator per quem bona adn strentur, constituatur, ne fructuarius omni rei fructu emolumento privetur, *arg.l.2.§.5.v.quanquam tamen ff.de aq.& aq.pluv.arc.* Don.*lib.10.com.c.14.pag.520.* *marg.40.& 50.* Diss.Geil.*lib.2.obs.47.* Roland.à Valle *sil.92.n.11. vol.1.* Myns.*cent.6.obs.48.* Fach.*lib.8. contr.* 40.qui existimant, proprietarium fundum ad se recipe vice ususfructus certam vel fructuum vel pecuniæ s mam annuatim usufructuario solvere debere. *c)* alio actio ipsi denegatur. *l.13.in pr.ff.h.t.l.1.& t.t.usufr.que cav.* Imò si re traditā, ususfructus nomine satisdatum fuerit, ea à proprietario vindicari potest, & si objiciatu ceptio de re ususfructus nomine tradita, replicandum ut & ipsa stipulatio condici. *l.7. in princ.d.t.* nec fructu re fructuaria interim perceptos suos facit, nisi sciente & mittente proprietario in possessionem rei usufructuari nerit.*d.l.13.in pr.h.t.* Ant. Gabriel. Rom. *lib.5. com.co tit. de usufr. concl.1.n.10. cum seqq.* Geil.*lib.2.obs.64.n lib.1.de pac.pub.c.11.n.29.*Myns.*cent.1.obs.6.nu.3.* Hoc casu usufructuariū fructus lucrari, communis fert Do nio. Ant.Gabriel.Rom.*d.lib.5.num,11.& 49.*Geil.*d.ob nu.9.& d.lib.2.obs.17.nu.7.* Costal.*in l.1.usufr.quemad.* d) *l.pen.C.ut in possess.legat.* Roland.à Valle *cons.92.nu. 2.volum.1. Clar.3.recept. sentent. §. testamentum, quæ* Unde apparet, hanc cautionem non esse de substantia ususfructus *l.1.C.hoc t.* Wesenb.*cons.91.* Geil.*2.observ.* Vasq. *de successione & ultima voluntate, lib.1.de testa tent.§.7.num.22.23.24.* Dissent. Donell.*lib.29.com.c*

i)

tiùs agendum cum eo qui ex suâ liberalitate
Dec. *in l. 28. nu. 2. ff. de R. J.* Mynſ. *cent. 5. obſ. 36.*
obſ. 145. *in fin.* Idem obtinet in vaſallo qui habet
m, hoc eſt, fruitionem quandam utilem & ple-
ng. *d. cent. 5. obſ. 36. nu. 2.* & in patre in bonis filii
uſumfructum habente, *l. 8. §. 4. v. hoc proculdu-
nis qua liberis.* Ant. Gabriel. Rom. *l. 5. commun.
le uſufr. concluſ. 1. nu. 45. cum ſeqq.*

nſtituto uſufructu, actio ex eo contractu
miſſus eſt, deſcendens, vel ex teſtamento,
mâ voluntate debeatur, competit *a*, quâ
tuarius ad tradendum uſumfructum con-
ſtituentem vel heredes ipſius experitur; in
o verò per traditionem uſufructu, fructu-
impediatur, in rem actione puta confeſſo-
erſus impedientem, ei ſuccurratur *b*.

en. C. h. t. Vide eleganter & diſtinctè Weſenbec. *in
ſi uſusfr. petat. n. 4. & facit l. 1. §. 2. ff. eod.* Sed quid,
moram in tradendo facit, ex eâ fructus præſtare te-
Omnino. Idq; non tantùm in uſufructu per ſtipula-
conſtituto procedit, *l. 37. ff. h. t.* ſed etiam in conſti-
per ultimam voluntatem, *l. 46. & ſeq. ff. h. t. l. 35. l. ſeq. §.
ſ. eod.* quam explicat ibidem Cujac. *tract. ad Afric. 5.
ſ. uſufruc. & §. ſi patris. ff. ſi uſusfruct. petatur.* Weſenb. *pa-
ibid. nu. 3.* Agit autem ad hoc uſufructuarius, ut judex
net, ſibi jus eſſe utendi fruendi, & impedientem conde-
t, ut caveat in poſterum de non impediendo, *l. unica.*
Bartol. *C. uti poſſidetis.* (ſecus eſt in rebus corporalibus;
reus in interdicto uti poſſidetis non tenetur ſatisdare,
d in futurum actorem non turbabit. Cujac. *libr. 1. ſent.
tit. 21.* Donell. *ad l. unic. C. uti poſſid. num. 20.* Menoch.
d. 3. retin. poſſ. num. 811. Robert. *lib. 3. ſentent. cap. 21.* Fa-
us libr. 8. controv. cap. 14. Bronch. *centur. 4. aſſert. 23.
ſent.* Duar. *lib. 1. diſput. cap. 21.* Oldendorp. *claſſ. 2. act. 4.*
Gail. *libr. 1. obſerv. 166.* Weſenb. *in par. ff. uti poſſid.* Schneid.
ad tit. Inſtit. de interd. in tr. de interd. uti poſſid. n. 166.) & re-
at perceptos fructus cum omni intereſſe, *argum. l. 5. §.*

fin.ff.hoc tit.l.pen. §.fin.ff.si usus fruct.pet. Cæterùm uti usufructuario datur actio confessoria, ita vicissim negatoria domino competit ad libertatem prædio adstruendam, *d.l.s.* Wesenb.*d.loc.n.6.& seq.* An etiam usufructuario utilis servitutum prædio fructuario debitarum vindicatio competat, controvertitur: Nobis negantium sententia verior videtur. Confer *l.unic.§.penult.ff.de remiss.l.1.in princ.l.usufruct 5.l.utrum 1.ff.si usus fr.petat.& l.2.ff.de nov.operis nunciat.* Vide Vultej *libr.1.discept.cap.18.* ubi has leges conciliat. Dissentit in earum legum conciliatione Cujac.*libr.1.observat.16.* reprehensus ab Hotom. 2. *amicab.respons.cap.16.*

5 Usufructuarius non tantùm re uti potest, verùm etiam frui, ac proinde omnes rei fructus & omnia emolumenta, quæ ex re usufructuariâ percipiuntur, ad ipsum pertinent, sive civiles, sive naturales, sive industriales fructus fuerint *a.* Non tamen fructuum dominus efficitur, nisi eos vel ipse, vel alius ejus nomine perceperit *b.* Unde maturis quidem, sed nondum à solo separatis fructibus, usufructuario decedente, illi non ad ipsius heredes, sed ad proprietarium pertinent *c*: licet sumptuum & impensarum rationem habendam esse non negemus *d.* Sentit usufructuarius & hoc commodum, quòd non ipse tantùm re usufructuariâ utifrui potest *e*, sed etiam aliis eam utendamfruendam concedere *f*, locare, donare, vendere *g*, in dotem dare *h*, oppignerare *i*, etiam invito domino *k.*

a) *l.1.l.usufr.legato 7.l.item si fundi 9.& l.seq.l.62.ff.h.t.* Donell.*d.lib.10.com.c.8.per tot.* Ea quoq;, quæ vi fluminis fundo fructuario accreverunt, ut & venationes, aucupia ac piscationes ad usufructuarium pertinere certum est, *d.l.9.§.4.ff.hoc tit.* Et hanc sententiam firmis argumentis defendit Jacob.Concenat.*libr.4.quæst.jur.singul.quæst.9.* De

thesauro

ndo fructuario reperto, inter Dd. controver-
nidiam ejus partem usufructuario, dimidiam
rio acquiri, verius esse existimamus, *per l.63.*
om. & §. thesauros 40. Inst. de rer. divis. Con-
.1. Diss. Jacob. Concen. *d. lib. 4. quæst. 9.* Idem
allo, qui invenit thesaurum in fundo feudali.
f. 4. disput. 13. thes. 6. & disp. 3. thes. 48. Diss. Dd.
, Jacob. de S. Georgio. *vers. & cùm &c.* Isern. &
Quæ sint regalia, nu. 7. Schneid. *ad §. 40. Inst. de*
part. 4. de feud. n. 82. Wes. *de feud. c. 12. n. 6.* Ro-
nops. feud. cap. 1. conclus. 35. Petr. Heig. *ad d. §. 40.*
borib. 12. §. ult. ff. h. t. l. si fructuarius 17. ff. quibus
r. amitt. l. qui scit 25. §. 1. vers. cùm fructuarii. ff. de
ls verò 36. Inst. de rer. divis. d. l. arboribus 12. §. ult.
q; Costal. *ff. h. t. l. 13.* ubi Bald. *ff. quibus modis u-*
titur. l. qui scit 25. §. 1. vers. cum usufr. ff. de usur. l. in
nnos 8. ff. de annuis legatis. Et hæc est communis
tiorum, quàm veterum Juris interpp. sententia,
men iniquissimam & falsissimam esse ait Cujacius
feudis. t. 30. & libr. 24. obs. 22. & ad l. 32. §. pen. ff. de
t. & ad l. unic. §. 9. C. de rei uxor. action. Verùm ejus
a satis refellit Hart. Pistor. *libr. 1. quæst. jur. quæst.*
& seqq. Cui adde Donell. *lib. 10. com. c. 9.* d) Hieron.
s consil. 40. cent. 3. ubi latissimè hanc quæst. pertra-
e) Ista hæc, quæ sequuntur, procedunt, quatenus jus
le in alium nō transfertur, quod fieri juris ratio non
l. 66. ubi Costal. *ff. de jur. dotium. §. 1.* ubi Wes. & cæ-
terpp. *Inst. de usu & habit.* f) *l. 7. & ll. seqq. ff. h. t.* g) *d.*
2. & leg. seq. l. 38. & 2. ll. seqq. ff. h. t. l. 8. §. ult. ff. de peric.
m rei venditæ. Pinell. *in l. 1. p. 3. nu. 38. & seq. C. de bonis*
m. Dom. Arum. *disp. 5, ad Inst. exerc. 22.* Treutl. *disp. 16.*
th. 10. lit. A. h) *l. 57. ff. solut. matrim. l. 66. l. 78. ff. de jure*
i) *l. 67. ff. h. tit.* k) Servitutem tamen imponere fundo
l. 6. in princ. ff. com. præd. Costal. *ad l. 2. ff. si usufr. pet.*
7. ff. h. t. Vultej. *libr. 1. Jurisp. Rom. c. 63.* quod tamen do-
proprietatis potest, modò conditio usufructus de-
non reddatur, *l. 15. §. fin. cum l. seq. ff. h. t. l. 2. de nov. ope-*
nunciat. Connan. *libr. 4. com. c. 3. n. 3.* Pinell. *in l. 1. p. 2. nu.*
C. de bon. matern. Dissent. vulgò Dd.

6 Pro hisce commodis viciſſim onera uſufru-
ctuarius ſuſtinere tenetur, veluti modicis impen-
ſis ædes reficere, ut ſartas tectas habeat *a*, ſervum a-
lere & agrum curare *b*, arbores in locum demor-
tuarum arborum ſubſtituere *c*, gregem ex fœtu
ſupplere *d*. Quin etiam vectigalia & tributa, non
modò conſueta & ordinaria *e*, ſed etiam quæ extra
ordinem imponuntur, ſolvere compellitur *f*. Et
tamen naturaliter *g* tantùm uſusfructus jure, & jus
utendifruendi potiùs quàm fundum poſſidet *h*
imò magis quaſi poſſidere & in poſſeſſione eſſe,
quàm poſſidere, dici poteſt *i*.

a) *l.7.§.2.& §.ſeq.l.64.ff.l.7.C.h.t.* Pinell.*in l.1.p.2.n.72.* *C.de bon.matern.* Donell.*lib.10.com.c.13.* quæ autẽ magnæ vel modicæ impenſæ ſint, poſt gloſſ. Bart. & alii docent *in d. l.7.* Hart. Piſtor.*lib.1.quæſt.jur.quæſt.46.n.38.ubi n.39.* tradit, judicis arbitrio committendum eſſe, quę magna & modica impenſa eſſe dicatur, *argum.l.1.ff.de jur.delib.l.1.ff.de effractorib.* b) *l.45.ff.h.t.* c) *l.18.ff.h.t.* d) *l.68.§.ult.& ll. ſeqq.ff.h.t.* Cujac.*lib.12.obſerv.36.* e) *leg.27.§.9.& l.ſeq.§. ult.l.52.ff.h.t.* Donell.*lib.10.com.c.13.circa finem.* f) Bart.*in l.28.ff.de uſufr.legat.& in l.8.ff.h.t.* Pinell.*in l.1.part.2.n.27* *C.de bon.mater.* Hartm. Piſtor.*lib.1.quæſt.46.n.33.* g) *l.12 l.49.ff.de acq.poſſeſſ.* Bronch.*cent.1.miſc.controv.aſſert.48* h) *l.60.§.1.ff.h.t.l.15.§.1.ff.qui ſatisdare cog. l.5. §.1.ff.ad exhib.l.1.§.8.ff.quod legat.l.10.§.ult.ff.de acquir.rer.dom.l.1.§ 8.l.89.in princ.ff.de acquir.vel amitt.poſſ.* i) *§.4.*ubi Cujac *in not.poſter.n.11.Inſt.per quas perſon.acq.23.§.2.ff.ex quibus cauſ.major.l.15.§.1.ff.qui ſatisdar.cog. l.3.§.pen.ff.de vi & vi arm.* Cujac.*lib.9.obſ.33.& lib.18.cap.24.* Donell.*lib.10.com. c.7.* Borch.*in tract.de feudis. c.8.n.65.& in comment.ad tit. de acq.vel amittend.poſſ.c.6.n.33.*

7 Hactenus de uſusfructus conſtitutione &
acquiſitione; ſequitur de modis *a*, quibus uſusfru-
ctus amittitur. Finitur uſusfructus maximè *b* lege

nventione vel naturâ suâ, & quidem aut
fructuarii, aut ex re fructuariâ aut con-
e. Ex personâ usufructuarii, veluti mor-
m civili, puta maximâ & mediâ capitis
one *c*, (quâ tamen si filiusfamiliâs passus
patris personam ususfructus transit *d*)
turali *e*, & non utendo per modum &
inter præsentes decennii, inter absentes
f, aut deniq; cessione proprietario *g* factâ.
sfructuariâ amittitur ususfructus, irrepa-
tius rei interitu *h*, mutatione *i* & occupa-
ostili *k*. Consolidatione finitur ususfru-
usufructuarius rei proprietatem acquisive-
ge seu conventione amittitur ususfructus,
nter proprietarium nominatim convenit,
o tempore, puta cùm ad diem aut conditio-
constitutus est, finiatur *m*.

Ne proprietas in universum sit inutilis, introductum
certis modis finiatur & extinguatur ususfructus.
maximè; quia plerunque modis duobus sequenti-
ususfructus finitur. Nam est & alius non ita frequens,
pendere ex jure authoris, cùm scil. penes consti-
usumfructum temporale duntaxat dominiũ fuit,
si hæres fundi à testatore, cui successit, alteri sub con-
legati, eâ pendente usumfructum alicui legaverit;
casu existente conditione hæres fundũ legatario
tenetur, ac proinde cùm jus ipsius solvatur, jus
usufructuarii illico solvi necessariò consequitur, *arg.*
de pigner. l. 69. §. prædium. l. 1. ff. de leg. 2. l. 48. ff. de jure
Non videbimur à proposito aberrasse, si quæramus
loco: An pater confiscatis bonis filiifamiliâs ob deli-
amittat usumfructum in adventitiis? Negamus cum
var. resolut. c. 8. n. 7. Clar. *§. fin. q. 78. n. 12.* Gomez. *2. va-*
resol. c. 15. n. 12. Imò ne proprietas quidem filio confi-
l. 3. C. de bon. damn. Fachin. prolixè in utramque par-

tem *libr.9.controvers.cap.47. qui dissentientes allegat.*
peculium castrense, Fachin.*d.lib.9.cap.49.* Quid si tal
peculium adventitiũ, ut vocant, filiifamiliâs, in quo nul
habeat pater usumfructum, an veniat in confiscatio
bonorum, quæritur? Et non venire, verius est, *d.l.3.C*
bonis damn. Fachinæ.*d.l.9.cap.48.* Diss. Peregr.*de jure*
lib.5.t.1.nu.28. & Gigas *de crim.læsæ majest.quæst.11.* E
trario controvertitur, an publicatis bonis patrisfamili
delictum ab eo commissum publicetur ususfructus, q
ille habet in bonis adventitiis filii sui? Affirmat Gome
variar.resolut.t.de serv.n.18. Nos cum Peregr.*d.libr.5.*
num.129. Farin.*in tit. de delictis & pœnis, quæst.24.n.5*
qui hos sequitur Fachin.*d.lib.9.cap.50.* distinguemus.
lim etiam minimâ capitis diminutione ususfr. extingu
tur. Jul.Paul.*recept.sent.lib.3.t.6.§.capitis.* ubi Jacob.C
quod Justin. correxit *in l.pen.C.h.tit.§.pen.Instit.eod.*
banniti deterioris ferè sint conditionis, quàm olim
deportati, nullum dubium est, & illos usumfructum
tere, Cyn.& Castrens. *in l.16.Cod.h.t.* Bart.*in l.1.C.de b*
num.3. Jason *in l.Gallus 29.§.5.ff.de liberis & posthum*
64. Geil.*lib.2.de pace publ.c.1.num.24.& c.11.nu.12.*
libr.2.obs.86.num.10. d) *l.fin. & ibi* Bart.*C.de usufr.*
var.juris quæst.lib.1.c.15.per l.pervenisse 171.ff.de V.S.l.
fin.ff.de V.O. e) *§.finitur.Instit.h.tit.l.pen.C.eod.l.3.§.*
quibus modis ususfr.amitt. Wes.*in par.hîc.n.9.in fin.*
lib.1.Jurispr.c.63. Non incommodè hîc quæritur, si
expressè agant, usumfructum transire debere ad he
an ad omnes transeat? Ad primum tantùm, non eti
teriores transire, tuebimur *per l.14.C.h.t.* Gomez.*2.v*
c.15.n.18. Myns.*in d.§.finitur.n.2.* Schneid.*in d.§.fin.In*
n.3. Quidam dissentiunt *arg.l.3.in fin.ff.quib.modis*
amitt. Quando autem civitas, collegium vel Ecclesi
vel capite minui dicatur, ut ususfruct. illis relictis ex
tur, haud immeritò in dubiũ vocari posset? Sed illis
aut dissolutis, vel si aratrum in eam inducatur, vel q
rariùs contingit, centum annis veluti longissimo vit
manæ termino elapsis, usumfr. finiri jura docent, *l.56.*
l.8.ff.de usufr.leg.l.23.C.de SS.Eccles.l.21.ff.quibus m
susfr.amitt. Borch.*in tr.de feud.c.9.n.5.6.7.* Nec obsta

..Falcid. Vid. Cujac. *in tract. de diverſ. temp. præ-*
Nec movet *l. ſi quis argentum. §. ſin autem. verſ.*
C. *de donat.* vide Bronch. *cent. 1. miſcell. controv.*
) *l. ſi communem, & l. ſi quis alia. ff. quemad. ſerv.*
modum non utitur, qui modum præſcriptum in
obſervat. Per tempus non utitur, qui nullo per
ſtitutum utitur, *l. ſicut. C. de ſerv. & aq.* Nec ob-
h. t. ubi uſusfructus non utendo non amitti di-
nim intelligendum eſt de præſcriptione annali &
tiqui juris, cujus reſpectu uſusfruct. ſolâ morte
& rei interitu extingui dicitur. Ant. Matth. in no-
finitur. Inſt. h. t. g) *§. pen. Inſt. h. t.* ubi dicitur, quòd
xtraneo nihil agatur, hoc eſt, quòd uſusfructus in
ſâ maneat, *arg. pr. Inſt. qui & ex quib. cauſis ma-*
poſſ. nec extinguatur. Thomas Linius, Weſenb. &
latth. *ad d. §. finitur.* & Weſ. *in paratit. ff. quib. mod.*
itt. n. 5. Arius Pinell. *ad l. 1. de bonis matern. part. 3.*
ſ. Cujac. *in not. ad illum §. finitur.* Pacius *in epit. jur.*
23. Donell. *lib. 10. com. c. 20. per l. 66. ff. de jur. dotiũ.*
d. *in diſp. de uſufr. theſ. 14. lit. e.* Covarr. *1. var. reſol. 8.*
h) uſusfructus enim eſt jus in corpore, quo ſublato
tolli neceſſe eſt, *l. 2. ff. h. t. pr. Inſt. eod.* i) *l. 5. §. ult. &*
ad l. 13. ff. quibus modis uſusfr. amitt. k) *l. ſi ager*
quo caſu tamen, ſi res ab hoſtibus capta ad ſuos
uſumfructum quoq; reſtitui non ambigimus, *l. 19.*
capt. & poſtlim. reverſ. §. 5. Inſt. quib. modis jus patr.
tv. l) *l. ſi tibi 17. l. 27. ff. quibus modis uſusfr. amitt.*
Inſtit. h. t. Donell. *l. 10. com. cap. 19.* m) hoc enim caſu,
ore elapſo vel conditione exiſtente, uſusfructus ipſo
xtinguitur, *l. 5. ff. h. tit. l. 1. §. ult. ff. quando dies legat. ce-*
16. §. 2. ff. familiæ erciſc. Donell. *libr. 10. comm. 16.* Hinc
ritur, an mulier ſecundò nubens, cui ſub conditione,
caſtè & honeſtè vivat, relictus uſusfruct. cum amit-
Quod meritò negamus cum Bartolo *in l. mulier 22. §. 4.*
ad Senatusconſultum Trebellianum. arg. l. fin. verſic.
C. *de interd. & Novella 22. cap. 32.* Geil. *lib. 2. obſer.*
ult. Treutl. *d. diſp. th. 15. lit. d.* Diſſ. ab eo allegatus Co-
miſcell. cap. 4. Covarr. *in epit. 4. Decret. p. 2. cap. 3. in fin.*
ult.

8 Dictum eſt de uſufructu proprio: diſpiciendum nunc eſt de quaſi, ſeu improprio uſufr. qui eſt jus utendifruendi ex Senatusconſulto rebus illis, quæ uſu conſumuntur *a*, quales res ſunt pecunia numerata *b*, vinum, oleum, frumentum *c*, veſtimentum *d*, lana *e*. Atque his rebus primò differt à vero uſufructu *f*: Deinde quòd rei fructuariæ dominium ad fructuarium transfertur *g*: Tertiò, quòd cautio *h* eſt de ſubſtantiâ hujus quaſi uſusfructus *i*: Quartò, quòd duob. tantùm modis extinguitur, morte naturali & capitis diminutione *k*. Addunt Dd. *l* quintam differentiam, quòd nimirum ſolâ ultimâ voluntate hic uſusfructus conſtituatur. Nos hac differentiâ poſtremâ rejectâ, etiam inter vivos per conventionem aliquam hunc quaſi uſumfructum conſtitui poſſe, certiſſimâ juris ratione adducti aſſerimus *m*.

a) *§.3. Inſtit.h.t. & tot.tit. ff.de uſufruct.ear.rer. quæ uſu conſ.* b) *d.§.3. l.ſi ego 18. ff.de rebus credit. l.3.§.ult.ff.commod.* c) *d.§.3.* d) ſcil. ſi veſtimenti tanquam quantitatis uſusfructus relict. *d.§.3.* ſecus eſt, ſi tanquam corporis. Hoc enim caſu proprius uſusfructus legatus cenſeretur, *l.ſed ſi quid 15. §.& ſi veſtimentor.4. §.ſeq ff.h.t. l.9.§.pen.ff.uſufr. quemad.cav.* Dom. Arumæ. *diſput.5 ad Inſt.exerc.*18. Diſſ. Donell. *lib.10.comm.c.4.* exiſtimans, proprium veſtimentorum uſumfructum ſemper conſtitui, quare *in d.§.3.* veſtimenta accipit pro lanâ, ex quâ veſtes conficiuntur: ſed præterquam quòd hæc interpretatio dura admodum videatur, eam etiam ſatis refellit *d.l.ſed ſi quid 15. §.4.* ibi, non fieri quantitatis uſusfructus, *ff.h.t.* Donelli tamen opinionem amplectitur D. Anton. Matth. *in not.ad d.§.3. Inſt.h.t.* Pro noſtrâ ſententiâ vide Hotom. *ad d.§.3. Inſt.h.tit.* e) *l.pen.ff. d.t.de uſufr.ear.rer.quæ uſu conſum.* f) *d.§.3. Inſt.h.t.& d.t. de uſufr.ear.rer.* g) *d.§. Inſtit.h.t.l.7.ff.de uſufr.ear.rer.quæ uſu conſum.* h) quam uſufructuarius præſtat de reſtituenda, finito uſufructu vel ejusdem generis & qualitatis re vel

ejusdem

stimatione, *d.§.3.h.tit. l.2.l.4.l.6.l.8.l.pen.ff.de* *r.&c.* i) *l.2.*ibi, remedio introducto cœpit quasi s haberi &c.*ff.d.t.de usufr.ear.rer.&c.* Geil.*lib.2.* *& lib.1.obs.145.n.2.*Roland.à Vall.*consil.62.n.8.* ell.*lib.10.com.cap.4.pag.486.*Vultej.*ad §.2.n.u.9.* reutl.*disp.de usufr.th.5.lit.e.* Dissent.Pinell.*in l.1.* *1.68.C.de bonis matern.*Fachin.*lib.8.cap.43.* Elias *sp.8.ad Institut.thes.8.* Hinc fit, quòd hæc cautiò herede, Vult.*d.loc.nu.6.* (Dissent. Bronch.*cent.1.*) neque à testatore remitti possit, *l.1.& 2. C.de* Bart.Bald.Fulgos.Castrens.Pinell.*d.loc.n.76.* Fa- 8.*controv.c.42.*Bronch.*d.loc.* Sed quæritur, qualis- hoc usufructu ab usufructuario sit præstanda cau- tisdatio, si res magis conteruntur usu, quàm con- tur, veluti vestimenta? Id est, quæritur, utrùm fru- satisdationem præstare teneatur, se restiturum nito usufructu in ea bonitate & æstimatione, cujus empore quo fuerunt ei traditæ, an verò, sicut erunt usufructu. Posterius placet Fachin.*d.lib.8.c.41.*quem tur. Diss. Alex.*consil.58.n.6.lib.3.* Socin.senior *consi.9.* Pinell.*d.loc.num.80.* k) *d.§.3.in fin.d.l.7.l.9.l.seq.in* *ff.de usufr.ear.rer.* l) Connan.*libr.4.comm.c.4.nu.2.* ell.*lib.10.com.c.4.* Wes.*ad tit.ff.de usufr.ear.rer.* Treut. *disp.de usufr.th.2.in fin.* m) I. Quia Imperator genera- loquitur *in fin.§.2.Inst.h.t.* II. Quia nulla est ratio dif- Ideo autē *in §.3.d.t.*fit mentio legati, quia hic quasi fruct⁹ plerumq;, nō semper tamen, testamento consti- batur. Ant.Matt.*ad d.§.3.*Dominic.Arum.*d.loc.exer.17.*

9 Succedit altera servitus personalis, quæ usus dicitur, & nihil aliud est, quàm jus alienis rebus endi, salvâ earum substantiâ *b*, licet multa cum usufructu communia habeat *c*, tribus tamen præ- cipuè modis ab eo differt. Primùm, quòd usuarius tantùm utatur, non etiam fruatur *d:* deinde ipse u- suarius tantùm re uti potest; locare verò vel alii eam utendam concedere nequit *e:* denique usus individuus est, & pro parte constitui nequit *f.*

a) Cujus nomine operas servorum non venit e juris authoritate tuebimur. *l. 3. & l. seq. ff. de oper. serv.* Donell. *à lib. 10. c. 1. in fin.* Dissl. Govean. *lib. 1. var. jur. lect. cap. 7.* aliter dissensit Cujac. *tract. 7. ad Afric. in explicatione l. quæsitum 37. ff. de usufr.* *b*) *l. 2. ff. de usu & habit.* *c*) Constituitur enim & finitur iisdem modis, quibus & ususfructus, *l. 1. ff. & prin. Inst. de usu & habit. l. 3. §. ult. de usufr.* ut & iisdem in rebus, quemadmodum ex variis, *d. t. de usu & habit.* locis constat: unde sicuti quasi ususfructus, ita quoque quasi usus earum rerum, quæ usu consumuntur, constituitur, *l. 5. §. ult. l. 10. ff. de usufructu earum rerum.* Cautio quoq; de re rectè utendâ & usu extincto restituenda usuario cum usufructuario communis est, *l. 7. ff. de usufr. ear. rer. d. l. 5 §. 1. & 2. ff. de usufruct. ear. rer.* Amittitur quoq; usus modis iisdem, quibus & ususfructus, *princ. Inst. de usu & habit.* Unde mortuo usuario ad ejus heredes usus non transit, *l. 21. ff. de usu & habit.* *d*) *l. 2. in princ. ff. h. t.* Minus enim juris est in usu, quàm in usufr. *l. 10. §. ult. & §. 1. Inst. h. t.* Utitur siquidè, qui ad suas tantùm necessitates rem usurpat, *§. 1. 2. 3. 4. Inst. h. tit.* at qui fruitur, omnem omnino utilitatem & lucrũ percipit, *d. §. 1. & seq. l. 7. in princ & § 2. l. 9. & t. t. ff. de usufr.* *e*) *l. 8. in prin. l. 11. & l. seq. §. ult. ff. & § 1. 2. & 3. Inst. h. t.* Cujac. *lib. 15. obs. 6.* *f*) *l. 1. ubi* Costal. *& l. 19 ff. de usu & habit.* Ususfructus verò est dividuus. Quæ est ratio differentiæ? An quia ususfructus constat usu & fructu, ita ut alterius possit esse fructus ejusdem rei, alterius verò usus? *l. si alii 45. ff. de usufructu.* usus verò partes ne minutissimę quidem reperiantur? Gœdd. *ad l. 25 §. 18. ff. de verb. signif. & tract. de contrah. stipul. c. 6. n. 305.* vel quòd usus in nudo & simplici facto consistit, *l. plenum. §. 1. & 2. ff. h. t.* At nuda & simplicia facta individua esse constat, *l. 72. l. in conventionalibus. §. fin. ff. de verb. oblig.* uti & frui verò non simplicis facti est, sed rei etiam emolumentum continet, hoc est, jus acquirendi non solùm, sed & cæteras obventiones, *l. nemini. §. fundus. ff. de legat. 2. l. usufructu legato. ff. de usufr.*

10 Superest habitatio, quæ est jus *a* habitandi in ædibus alienis *b*. Consistit autem partim in eo, quod is, ad quem pertinet illud, alii etiam locare

potest *c*,

tem commodare *d*. Partim quoque in
etiam interveniente capitis diminutio-
erat, neq; nō utendo amittitur *e*: Iisdem
constituitur & amittitur quoq;, quibus
tus & usus *f*, præterquam quòd capitis di-
ne, & non usu (uti modò dictum) non a-
habitatio *g*.

a) *etsi cui*. ibi, quasi proprium aliquod jus &c. *Inst.*
§.1. versic. ult. ff. commodat. l. si gratuitum 17. ff. de
verb. Francisc. Hotom. autem *lib.3. obs.23.* habi-
jus esse negat, sed malè, ut ex locis modò allegatis
Eam verò locum definit. At perperam: tum quia
non potest, tum quia locus ille, cui hoc jus cohæret,
etarii, habitatio verò habitatoris; tum quia habi-
servitus morte habitatoris finitur, locus non item;
tremò, quia inter veteres juris conditores conten-
, utrùm habitatio usufructui vel nudo usui similis
13. C. de usufructu & habit. quæ sanè dubitatio otiosa
& indigna juris authoribus, si ipsa habitatio propriè
, sive domus ipsa. *b*) hoc jus quam vim habeat,
docebunt. *c*) *d. §. sed cui. Inst. hoc tit. d. l. 13. C. de*
& habit. Nec obstat *l. 10. in pr. vers. sed eas perso-*
de usu & habit. *d*) *l. 1. §. 1. in fin. ff. commod.* Non ob-
in princ. ff. de præscript. verb. vide Balduin. in Justin.
6. & seq. *e*) *l. pen. ff. de capitis diminutione. & d. l. 10. in*
hoc tit. *f*) Habitatio enim idem ferè jus est cum usu-
fructu & usu, *d. l. 13. C. de usufructu. d. l. 10. in princ. ff.*
de usu & habit. *g*) *dict. l. 10. in fine. ff.*
hoc tit.

DISPUTATIO IV.

DE SERVITUTIBUS realibus.

Respondente

JACOBO PREUSSERO
Saxone Stadensi.

SErvitus est jus *a* in re alienâ *b* vindicabile,qu
constituto,dominus,quod alteri commodum
c sit,aliquid aut pati *d* in suo,aut non facere *e* co-
gitur.

a) Tam per leges generales,ut *l.quid aliud 86.ff.de verb.*
signif.l.urbanorum 2.l.hac autem 6.de servit.prad.urb.§.ult.
Inst.de rebus corp.& incorp. quàm per inductionem specie-
rum,ut ususfructus,itineris,actus,viæ &c. quarũ quæq;
in definitionibus Jurisconsultorum jus dicitur,*l.1.ff.de*
usufruct. princ.Instit.de usufructu.l.1.ff.de servit.præd.rust.
Dicitur autẽ servitus jus,duplici ratione. Primò ab effectu
Quia ita servitus existit in re aliena,si dominus nobis ju
constituit,aliquid in ea re faciendi,etiam invito se. Quip
tum jus hoc est servitus,i.e.servitutem facit. Secundò,cu
eodem tempore hoc ipsum jus pariter jus nostrum augea
alterius diminuat,fit ut respectu nostrûm, quibus debetu
jus dicatur; respectu illorum à quibus debetur,servitu
Duaren.*in com.ad tit.de servit.de definitione servitutis &*
Donellus *lib.9.com.c.21.pag.469.* Wes.*in parat.ff.princ.*
servit. Dn. Vultej.*ad princ.Inst.de servit.& lib.1.*Jurisp.Ro
cap.63. Vocatur aliquando & propriè magis conditio
l.via 23.§.si fundus.ff.de servit.prad.rust. item qualitas
l.traditio 20.ff.de acquir.rer.dom.l.quid 86.de V.S. item
bitus rei, *l.qui fundum 12.ff.quemadmodum servit.am*
Donell.*d.loc.* *b)* Quod enim quis facit in re sua, facit
eo jure ac libertate, quæ cuique domino in re sua conc
est,non ergo jure servitutis: Atq; hinc dictum est,nulli
suam servire,*l.in re 26.ff.de servit.urb.prad. l.cùm essen.*

§.

rust. l. quicquid 10. com. præd. l. utifrui 5. in princ. iet. Dn. Anton. Matth. in not. ad t. Inst. de usufr. ad princ. Instit. de usufruct. n. 8. & §. 3. nu. 3. eod. & om. lib. 1. cap. 63. in princ. Wesenb. in parat. ff. de Costal. 2. advers. ad l. 1. ff. de usufr. Coras. in tract. l. 10. nu. 14. Quod tamen in hominum servitute bet, quoniam servi sunt res nostræ, & tamen ser-obis serviunt. c) Nisi enim cômodi nostri causâ ur, constitutio non valet, eoque nec servitus est, l. le serv. urb. præd. l. veluti 6. §. 1. vers. quid ergo. de l. l. ergo 5. in fin. eod. l. quoties 15. l. ut pomum 8. ff. de l. si procuratorem 8. §. mandati. ff. mand. Dn. Vult. t. de serv. §. rusticorum 2. n. 3. Duar. in com. ad d. l. 15. Bronch. cent. 1. ass. 98. Govean. var. lect. lib. 1. cap. 15. in parat. ff. de servit. n. 3. Connan. libr. 4. com. cap. 7. om. lib. 8. observ. c. 11. & 14. in fin. Anton. Fab. libr. 5. 11. Diss. Coras. ad rubr. de servit. n. 6. & seqq. quem Costal. 2. advers. ad d. l. quoties. de servit. Pacius ssert. 56. Accurs. in l. 1. §. in prædiis. ff. de serv. rust. præd. ritur hîc, an servitus, quæ jam usui non est, usui ta-re speratur, nulla sit? Quod cum Donell. com. libr. 9. ego, per l. ei fundo 19. ff. de servit. d) Ut ipsius scilic. re ut fruamur, per prædium eamus, agamus, aquam du-&c. Instit. de serv. l. 1. de serv. præd. rust. e) Veluti ne alius ædes, ne quid ponat in suo &c. l. 2. l. inter 15. de urb. præd. & consistit potissimùm in hoc (scilic. pati-& non faciendo) ipsa servitutis forma, quâ à reliquis us (ut superficiario, emphyteuticario, quæ etiam sunt in re alienâ constituta) distinguitur, l. quoties 15. §. ult. ff. rv. l. etsi forte 6. §. etiam 2. ff. de servit. vind. l. 1. in fin. ff. & aq. pluv. arc. Coras. in tract. de serv. ad d. l. 15. §. ser-rum. in prin. Costal. advers. 2. ad l. etsi forte 6. ff. si servit. Vult. ad tit. Inst. de serv. §. 1. Duar. in com. ad d. l. 15. de Donell. 11. com. cap. 21.

Servitus est duplex, realis vel personalis a: Hîc reali.

a) l. 1. ff. de servit. l. si quis 32. ff. de usufr. l. Gajus 12. ff. de l. si mihi 20. de serv. rust. Servitutem autem illam,

quâ quis dominio alieno contra naturam ſubjicitur, quam vulgus interpretum merè perſonalem appellat, planè hic rejicio, nec magis (ut Donelli verbis *lib.9.com.cap.ult.* utar) ſervitus dividi poteſt in eam quæ eſt ſervorum, & eam quæ debetur à rebus alienis, quàm taurus ita dividi, ut dicatur alius eſſe animal, alius ſidus, alius mons in Theſſalia hoc nomine: Quippe non hæc generis in ſpecies diviſio, ſed vocabuli homonymi in ſua ſignificata diſtinctio eſt. Servitus enim, quæ de hominibus accipitur, dicta eſt à ſervando, *§.1. Inſtit. de jure perſon. l. libertas 4. §.2 ff. de ſtat. hom.* Servitus quæ de rebus, (de quâ nobis ſermo) à ſerviendo. Vultej. *ad tit Inſtit. de ſervit.* Coraſ. *in tract. de ſervit. ad rubric. nu.19.* Illa ad primum juris objectum, quod eſt de hominum ſtatu, pertinet; *l.3. ff. de ſtatu hominum. princ. Inſtit. de jur. perſ.* hæc ad ſecundum, quod eſt de rebus, *§. ult. Inſtit. de rebus corp. & incorp.* Dn. Anton. Matth. *in not. ad tit. de ſervit.* Illa propriè, hæc per abuſionem ſervitus dicitur. In illa hoc ipſo, quòd quis dominio ſubjicitur, ſervus quis eſt, *d.l.4. de ſtatu hominum.* In hac noſtra non modò res, quòd in dominio noſtro ſint, ideo ſunt ſervæ, ſed quò magis ſunt in poteſtate ac jure, eò magis ſunt liberæ, *l. qui uti 90. de V.S.* Donell. *lib. 9. com. cap. 21.* Duaren. *ad rubr. tit. de ſerv.* Coraſ. *in com. de ſerv. ad rubr. nu.13. & ſeqq.* Diſſ. Dd. vulgò Cœpoll. *in tract. de ſervit. libr.1. c.1.* Accurſ. *in l.1. ff. de ſervit.* Johan. Fab. *in §. æquè. Inſt. de act.*

3 Servitus realis *a* jus in prædio vicino *b*, ad prædii *c* alicujus ſolius *d* uſum perpetuum *e* conſtituta.

a) Dicitur etiam prædialis, & prædii, quòd prædio conſtituta ſit, *l.1. §. ult. ff. com. præd.* Nonnunquam ſimpliciter ſervitus, nullâ prædii vel rei mentione factâ, *§. incorporales Inſtit. de rebus corporalib. l. ſemper 15. §. ergo. ff. quod vi aut clam. l. ut pomum 8 ff. de ſervit.* Ex quo etiam in ff. priùs agitur de ſervitutibus perſonalibus, nimirum *lib.7.* & poſt illas demum *lib.8.* proponitur doctrina de ſervitutibus in genere *in titulo 1.* in quo & ſequentibus agitur, duntaxat de ſervitutibus realibus. Eguinarius Baro *ad tit. Inſtitut. de uſufructu. in princ.* Weſenb. *in paratit. ff. de ſervit. in princ.*

Vultej.

t.*Instit.de servit.n.6.* b) sive urbano, sive rusti-
l.ergo 5. §.1. de serv.rust.l.loci 4.§.compet.si serv.
s 38. de servit.urban.prad.l.Mel.14.§.ult.ff.de
senb *ad t.Instit.de serv.* Coras. *in tract.de serv.ad*
Costal. *2. advers.ad l.in tradendis 8.ff.com.prad.*
ul re). *ad tit.Inst.de servit.num.12. & Jurispr.Rom.*
num.50. An igitur intermedius locus in totum
impedit? Corasius affirmat *d.loc.* quem sequor,
ter supra allatas leges, tum propter *l. qui sella 75.*
vit.prad.rustic. adhibita tamen Donelli *11.com.*
finctione. Siquidem non impedit 1. Si interme-
s privatus meus sit, *l.si prius 17.§.penult.ff.de aq.&*
arcend. 2. Si nihil in intermedio loco, sive privato,
lico facere necesse sit, *l.4.in fine.l.5.l.6.in princip.si*
ind.l.in tradendis 7.§.1.ff.com.prad.l.1.de servit.ur-
b. 3. Si quidem in publico aliquid facere necesse
quod usum publicum non impediat, *l.ait prator 2.ff.*
in loco publico. l.1.de servit.prad.urban.l.servitutes
blico. ff.de servitut. ad quam etiam Corasius *in tra-*
e servit. Vide etiam Vultejum *dict.loc.* c) Quod u-
e exigo; Non tantùm ut res, cui servitus debetur, sed
, ut res, quæ servitutem debet, sit prædium, cùm pro-
tionem hanc: Usus servitutis rei debet esse perpe-
hac thesi lit.e. At rei mobilis usus perpetuus esse non
. Quia facillimè, sive jumentorum, sive vestium, sive
teium usus sit legatus, subducuntur, ne cùm opus
percipiamus istum servitutis usum. Donellus *libr.11.*
cap.2. Tum propter expressos Juris textus, qui sunt
ff.comm.prad. §.1deo. Instit.de servit. Dn Vultejus *ad*
stit.de servit. §.2. & Jurisprudent.Rom. libr.1.cap.63.
43. Gœdd. *in tract.de contrah.stipulat. cap.6.conclus.1.*
25. Baro *ad tit.Inst.de servit fol. 29.in fine.* Wesenb.
eund. Pacius *cent.3.quæst.52* Bronchorst. *cent.1.assert.96.*
Costal. *ad princ.t.ff.com.prad.* Duaren. *in com.ad l.1.comm.*
d. d) *l.ergo 5.in fin.ff.de servit.rustic.* & maximè *l.veluti*
odem. Wesenbec. *in paratit.ff.de servit. num.9.* Cujac.
3.cap.28. Duaren. *in com.ad l.4.5.de servit.rust.* Quid
si quidem servitus fundo constituta sit, sed concessum
præterea, ut extra fundum ad nostram etiam utilitatem uti

liceat? Respondeo, quatenus præter prædii usum transfertur ad personæ utilitatem, servitus personæ erit, *l.4.l.ergo 5.* & maximè *l.6.ff.de servit.præd.rust.* Duar.*d.loc.* Donell.*11.com.cap.1.in fine pag.558.* *e)* Durante enim causâ, durat effectus. At servitutis causa animo perpetua esse debet, *l.foramen 28.ff.de servit.præd.urb.* Dn.Vultej.*Jurispr.Romana lib.1.cap.63.n.36. & ad t. Inst.de usucap.n.23.* Wesl.*in parat. ff.de serv.nu.9.* Duaren.*ad l.27.& 28.ff.de servit.præd.urb.* Donell.*11.com.cap.3.* Quemadmodum autem causa illa perpetua, definitore Paulo *in d.l.foramen,* est res quæ vis servituti occasionē præbens, modò ex naturali causâ oriatur, nō solùm si sit assidua, qualis est in aquæductu aqua fontis, sed etiamsi non sit assidua, qualis est in stillicidio, aqua pluvia, ubi tum non quid fit, sed quid fieri possit, spectatur: ita etiam usum hîc exigo perpetuum, non qui sit perpetuus reipsâ, sed qui talis esse possit, rerum, quæ servituti causam præbent, naturâ. Vide proximè alleg. Dd. quibus adde Costal.*2.adversf.ad d.l.foramen.de servit.*

4 Ex prædio autem duplici, urbano *a* scilic. & rustico *b*, servitus etiam in urbanam & rusticam *c* distribuitur, ut quæ urbano urbana *d*, quæ rustico debetur, rustica *e* sit.

a) Quod usum habet urbanum, non tantùm in oppido, sed etiam in villis & vicis ædificatum, *l.urbana prædia 198. de V.S.l.166.eod.l.1.com.præd.§.prædiorum. Instit.de serv.l.si prædium 16.C.de præd.& al.reb.min. l.quemadmodum 12 ff. de supell.leg.* Duaren.*in com.ad l.item quia 4.ff.de pact.* Donell.*11.com.cap.4.* *b)* Quod usum habet rusticum, sive in villa, sive in oppido situm, *vide præall.leg.& Dd.* Nec dissentit hoc loco Neratius *in l.2.ff.de servit.rust.præd.& l.eo jure.§.1.ff.quib.in caus.pig.tacit.contrah.* Ant.Matth.*in notis ad t.de serv.§.prædiorũ.& in prælect.ad t.ff.de V.S.ad l.166. & 198.* ubi etiã Dn.Gœdd.Govean.*1.var.jur.lect.16.* Bronchorst.*cẽt.1.ass.60.* Diss.Don.*d.loc.*Baro *ad pr.t.Inst.de serv.* Vultej.ibid. *n.15. & Jurisprud.Rom.lib.1.c.63.n.15.* *c) l.1.ff. de servit.l.1.ff.com.præd.tot.tit.ff.de servit.rust.& urb.*Duar. *in com.ad pr.t.ff.de servit.in fin.* *d) §.prædiorum. Instit.de servit.tot.tit.ff.de serv.præd.urb.*Donell.*11.com.cap.4.* *e)* argumento

ontrario sensu deducto ex *d.§.prædiorum.Inst.* *it. ff. de serv.præd. rust.* Dn. Vult.*ad pr.Instit.de* *n Jurisprud.Rom.lib.1.cap.63.nu.48.*Disf.Coras. *rv.fol.29.*

anorum prædiorum servitutes sunt,al-ndi,altiùs non tollendi,ne prospectui of-tillicidium avertendi,stillicidium non a-,tignum immittendi, projiciendi, onera

. de servit.præd.urb.§.prædiorum.Inst.de serv.

tiùs tollendi servitus est *a*, quâ ædes extol-ic vicini luminibus officere *b* licet.

ff.de servit.urban.l.2.de servit. rust.l. in tradendis *n.præd. a)*Scilicet cùm legibus,statuto vel consue-tantur cives ultra formam antiquam aut certam am invito vicino ædes propter lumina vicini extol-e quippe ita tunc temporis Romę constitutum fuis-t est Tacit.*lib.15.annal.* quod etiam confirmant *l.1.* *v.& aq.l.1.C.de ædific.priv.*& adhuc Florentiæ ob-a Accursio *in d.l.1. C.de serv.& aq.& d.l.1.C.de* *vat.* refert Coras.*in tract. de servit. expl.l.1.fol.40.* enim tum postea jus altiùs tollendi,etiam invito vicino concesserit,toties postea nobis incipit jus vicino servitus.Incipit enim vicinus aliquid pati in suo, prius jure publico pati non cogebatur. Atq; hoc pati est,*l.quoties 15. in fin.ff.de servit.* Wes.*in parat.ff.de* *urban.n.3.*Vide etiam Johan.Fab.*ad §. æquè.Instit.de* etiam Zasium,Mudæum,Vultej.*n.29.* Baronem,Pa-*cent.3.quæst.56.* Donell.*lib.11. com.cap.5. ad d.§.æquè.* *de act.*Duar.*in com.ad princ.ff.de serv.urb.* qui nec per consentiunt nec dissentiunt.Ego enim hęc ita intel-volo,si propter privatorum utilitatem sit introductum, quisq; renuntiare potest,*l.pactū 46.ff. de pact.l.si judex* *de minor. l. penult. C. de pact.* Bronch.*cent.1.assert.41.* ubi sola publica utilitas hoc introduxit,secus se ha-*l.jus publicum 38.ff.de pact.l.neq; pignus 45.§.ult.de R.J.* *de suis & legit. b)* Addo contra Coras.*in tract.de ser-*

vit.expl.l.1.fol.37. Wesenb.*in parat ff.de serv.urb.nu.4.* & Dd. vulgò (vicini luminibus officere licet) Quia contra eosdem servitutem altiùs tollendi,& servitutem luminibus officiendi,unum esse cum acutissimo Donello *lib.11.com.c.5.* statuo,quæ hisce membris constat, Altiùs tolle,ut luminibus officias: 1. Quia conjunguntur & promiscuè nominantur *in l.2. de servit. urban.præd.l.2. de servit.præd.rust.* 2. Quia servitus non est,nisi vicinus aliquid pati in suo aut non facere cogatur,*d.l quoties.* At solum altiùs tollendo nihil pati in suo,aut non facere cogitur,nisi simul vicini luminibus officiat. Ergo.Disf.Duar. *in com.ad l.12. & 14.ff de servit.præd.urb. & lib.1.disput.cap.33.* Hotom.*lib.2.amicab.Respons.c.5.* & novissimè Ant.Fab.*lib.19.conject.cap.14.15.* Treutl.*vol.1.disput.17.th.2.lit.e.*

7 Altiùs non tollendi servitus est, quâ prohibetur vicinus altiùs tollere,ne luminibus officiat *a.*

§.prædiorum. Instit. de servit. *a*) Addo (ne luminibus officiat:) Quippe & hæc una est servitus,constans iisdem duobus membris,uno, ne altiùs tollat; altero, ne luminibus officiat. 1. Quia conjunguntur *in l. luminum 4. l.6. l.inter 15. l.si servitus 23.ff de servit urban.* 2. Quia quoties vicinorum nihil interest,servitus non valet.*d.l.quoties 15.de servit.* At ut vicinus altiùs non tollat,nullam affert utilitatem, nisi simul altiùs tollendo vicini luminibus officiatur. E. Anton.Matth. *in not. Instit. de servit.§.ne quid altiùs. & in colleg. Instit. disput.6.thes.9.* Bronch.*cent.2.assert.2.* Donell.*in com.lib.11.cap.5.* Cujac.*lib.17. observ.cap.35* licet pro contraria opinione argumenta non levia suggerant Wes.*in parat. ff. de servit.urban.nu.4.* Duaren.*lib.1.disput.cap.33.& ad l.12.& 15.de servit.urban.* Coras.*in tract.de servit.expl.l.1.fol.51. & sequente.* Ant.Fab.*d.lib.10.cap.15.* Sed quæ aut quorsum referenda servitus luminum? Unam cum servitute altiùs non tollendi,ne luminibus officiatur,esse Jurisconsultorū lumen, HugoDonell.*lib.11.com.cap.5* confirmat,& rectè: 1. Quia,quemadmodum servitus,ne prospectui officiatur,appellatur prospectus,*l.inter 15.de serv præd.urb.* ita etiam servitus ne luminibus officiatur,lumi

voc.

est. Imò *in d.l. inter*, luminum servitus vocatur. …æterea *in l. si servitus 23. de servitutibus urban.* …as similiter luminum servitutem mox vocat, ne …s officiatur. 3. Quia definitio servitutis lumi…e luminibus officiatur idem continet, *l. 4. ff. de …d. urban.* Quemadmodum enim vicinus dicitur …m recipere seu excipere, cùm non avertit, nec im…ædiorum. *Instit. de servit. l. servitutes 20. §. si servi… ult. de serv. præd. urban.* Ita etiam lumina excipere …tur, cùm nihil facit, quò minùs uti nunc sunt, ita …unt. An igitur quod hinc sequeretur, licet in aperto …ete ita fenestras habere invito vicino, ut in ejus are… …omum nullâ servitute constitutâ, prospicere possi… …firmo 1. per textum expressum *in l. cum eo 9. de serv.* Quia quilibet quidlibet in suo facere potest, dum…n alienum nihil immittat: *l. sicut 8. §. Aristo 5. si serv.* At qui in suo pariete fenestras aperit, is in alienum …nmittit: 1. Quia etiamsi respiciat in alienum, nihilo… oculos domi, atq; adeò in capite retinet. 2. Quia in …blica & religiosa nemini quicquam immittere licet, …rinc. §. locorum 19. ff. ne quid in loc. publ. l. 1. ff. ne quid …acr. At fenestras omnibus in publicum & sacrum a… …habere licet. Ergo. Conan. 4. *com. 10.* Bronch. *cent. 2.* …. Donell. *11. com. cap. 5. in fin.* Quamvis Costal. *2. ad-…l. 4. de serv. præd. urb.* Cœpolla *in tract. de serv. urb.* …n. *lib. 1. disp. anniversf. c. 33. & in com. ad pr. tit. de serv.* …rb. Wes. *in par. ff. de serv. urb. nu. 4.* Dn. Vult. *lib. 1. Ju… Rom. c. 63. nu. 60.* Coras. *in tract. de serv. expl. l. 1. fol. 46.* …m. 2. *respons. amicab. 31.* Cuja. *1. observ. 31.* rationes non …temnendas in contrarium attulerint.

8 Ne prospectui *a* officiatur, servitus est, quâ …hibetur quis quicquam ad prospectum grati…em & liberum *b* minuendum facere.

l. inter servitutes 15. l. lumen 16. l. est & 3. de servit. præd. …ban. a) Dicitur interdum uno verbo prospectus, *d. l. in…r.* 2. Quia prospicere in alienum, etiam nullâ constitutâ …rvitute, licet, *thes. præced. lit. a.* Donell. *lib. 11. com. c. 5.* Dis. …. Vultej. *lib. 1. Jurisprud. Rom. cap. 63. num. 60.* Coras. *in tr.*

de serv.expl.l.1.fol.38.& seqq. Azo *in rubr.C.de servit.& aq.* Accurs.*in l.inter servitutes 18.de servit.urb.* Videatur etiam Theoph.*in §.æquè. Instit.de act.* b) Quo maximè à luminum servitute distinguitur,quâ tantùm continetur,ut cælum,à quo lumen est,videre liceat,cùm,hac constitutâ,nihil,quod gratiorem prospectum auferat,ne in inferioribus quidem locis positû habere liceat,*l.inter 15. & seq.de serv. urban.*Manet tamen interim,quòd tam ibi,quicquid lumina,quàm hic,quicquid liberum prospectum aufert,prohiberi possit, argumento *l. ædificia 12. & l.si arborem 17. de serv.urb.*Donell.Coras. Vultej.*dictis locis.* Wes.*in parat.ff. de servit. urban. nu.5.* Duaren.*in com.ad l.15.de servit.præd. urban.*

9 Stillicidium *a* avertendi servitus est,quâ stillicidium avertere, & in alterius aream *b* vel domum derivare quis potest.

*l.1.l.urbanorum 2. de servit.præd.urb.§.prædiorum.Inst.de servit.*Donell.*lib.11.com.cap.5.in fin.* Coras.*in tract.de serv. fol.65.*Costal.*2.advers.ad l.2. de servit.urb.* Vultej.*lib.1.Jurispr.Rom.cap.63.*Wes.*in parat.ff.de servit.urban.*Duaren *in comm.ad princ.tit.de servit.urban.* a)Astipulante Corasio & Vultejo *dictis locis*,est stilla seu aqua illa è recto guttatim cadens, dictum quasi stillæ cadium, seu,quod vult ex Festo Wesenb. *in parat.ff.de servit.urban.* dicitur à stiria,i est,guttâ frigore concretâ, eò quòd ab alto stillatim casitat quod nec improbat Varro *lib.4.ling. Latin.* b)Unde quærunt Doctores primò, An qui stillicidii recipiendi in aream servitutẽ debet,in loco,ubi cadit,ædificare possit? Cæpol. affirmat,Accursius,quem sequiturCoras.*d.loco*,negat.Corasii sententia vera,per *l.servitutes 20.§.si servitus 3.& §.ul de servit.præd.urban.* Secundò,an ædificium dominans d primi possit? Quod similiter cum Coras.*d.loco* nego per *d. servitutes 20.§.si antea 4.& seq.* Tertiò,an diruto prædi dominante exstinguatur ipsa servitus? Et non exstingui,h quoque verius esse putat Duaren. *ad d. l. servitutes 20. de servit.urban.*& rectè propter textum *in l. eum debere 33. l. testamento 31. de servit.prædiorum urban.l.si servitutes 20 §.si sublatum 2.* ubi Gothofredus *sub litera b.eodem.* Cujus argume

etiam Accursius concludit, monasterium vel muris de facto funditùs destructis, post refecti- omnibus privilegiis, quæ a..:è habebat. Coras. *in v. expl. l. 1. fol. 67.* Costal. 2. *advers. ad d. l. servitu- rvit. urb.* Gothofr. *d. loc. lit. c.*

illicidium non avertendi servitus *a* est, hibetur vicinus stillicidium ædium sua- nostras ædes avertere.

le servit. præd. urb. §. præd. Instit. de serv. *a)* Idem ndum, quod suprà *in thes. 6. lit. a.* quòd scilicet tum servitus sit, cùm, legibus, statuto, consuetudine, libertate abolitâ, impositiriâ utimur. Donell. *lib. cap. 5.* Dissent. Dd. vulgò. Wesenb. *in par. de serv. um. 6.* & alii, quorum sententiam refutat Coras. *in serv. expl. l. 1. fol. 71. in fin.* qui & ipse aliter dissen- m Theophil. & Duar. *in comm. ad l. 1. de serv. præd.* atur per ea, quæ tradidit Dn. Vult. *ad §. aquæ. Instit. um. 3.*

Tigni immittendi servitus est, quâ licet do- ædium ex pariete suo tignum *a* in parietem s immittere *b.*

l. ff. de servit. præd. urb. §. prædiorum. Inst. de servit. ad 25. l. servitutes 20. de servit. urb. Vult. *Jurispr. 1. c. 63. nu. 57.* Wes. *in par. ff. de servit. urb. nu. 7.* Co- *n. de serv. fol. 71.* Donel. *lib. 11. com. c. 4.* *a)* Quo signi- omnis materia, ex qua ædificia fiunt, sive sit lignum, pides, *l. tigni 7. ff. ad exhib. l. 1. §. c. ff. de tign. junct. l. tigni V. S. §. cùm in suo. Instit. de acquir. rer. dom.* Donell. nb. *dd. locis.* Dissent. Dn. Gœdd. *ad l. 62. de V. S.* Zasius *atu. ff. de servit. præd. urb. num. 15.* *b)* Est tignum è pa- ita in alienum emittere, ut ibi requiescat, *l. malum §. inter projectum 1. de verb. signif.* ubi Alciat. Forner. Coras. *lib. 3. miscel. cap. 25.* Donell. *11. comm. cap. 4.* emergit quæstio: An immissum in meum citra ser- m propriâ authoritate recidere possim? Quod affir- argumento *l. quemadmodum 29. §. si projectum 1. ff. ad l. l. adeò 7. §. ex diverso 12. de acquir. rer. dom. §. ex di-*

verso.Inst.eod.l.si in area 33.ff. de condict.indeb. Coras.*d.loc.* Costal.*1.advers.ad l.29.ff.ad L.Aquil.*

12 Projiciendi *a* servitus est, quâ licet domino projectum *b* supra alienum habere, qualia sunt mœniana *c*, & suggrundæ *d*.

l.2.de serv.prad.urb. *a)* Dicitur etiam servitus protegendi, *l.1. l.2. de servit. prad. urb. l. quemadmodum 29.§.1. ff.ad L.Aquil.l.si duo 3.§. videamus 3.& §. Labeo seq.ff.uti possid.* Neq; sic linguæ Latinæ vis infertur, cùm ipse Cic. *in Topic.* hoc sermonis genere utatur. Quoniam, inquit, P. Scævola id solum ambitus ædium esse dixit, quantum parietis communis tegendi causâ tectum projiceretur, ex quo tecto in ejus ædes, qui protexisset, aqua deflueret, id jus tibi videri &c. Coras.*in tractat. de servit.expl.l.1.fol.63. & expl.l.si intercedat 1.ff.de servit.urb.fol.418. & 3. miscellan.lib.cap.25.* Vide etiam Vult.*Jurisprud.Roman.lib.1.cap.63.* Wesenb.*in parat.ff.de servit.urb num.8.* Dissent Donel. *lib.11.com.c.4.* Aliter dissentit Cæpoll.*in tract.de servit.c.30.* existimans hîc JCtum de servitute aquam vel stercora projiciendi loqui. Sed quàm malè, probatur exinde, quòd ista interpretatio non conveniat ædificiis, de quibus JCti hîc loquuntur, *l. si quando 17. in pr.si servit. vind.* *b)* Est emissum quiddam, ita ex nostro pariete, ut provehatur tantùm supra alienum, nusquam in alieno requiescat, sed tantùm in pariete unde exit. *l.malum. §.1. de V. S.* Donell.*11. comm.c.4.* Coras *3.miscell.cap.25.* Gœdd.*in expl.d.l.malum* ubi etiam Dn. Anton. Matth. *in prælect. ibidem*, Alciatus Fornerius, & alii. Hinc ex *l. quemadmodum 29 ff.ad L.Aquil.* elegans ratio reddi potest, cur non æquè projectum ac immissum, nullâ constitutâ servitute, propriâ authoritate recidere possum. *c)* Sunt projecta spectandi causâ facta. Gœdd.*in explic.d.l.malum.de V.S.* A mœnibus putat dicta Accurs. Sed contra hunc Coras. *lib.3. miscell.cap.25.* Dn. Anton. Matth. *ad d. l. malum.* Gœdd. Alciat. Dionys. Gothofred. *lit.k.* & alii ad eandem à Mœnio Romano quodam juvene, (qui omnibus consumptis bonis, etiam ædes in foro, exceptâ unâ columnâ, è qua projectis tignis ludos gladiatorios in foro videre posset, vendidit) nuncupari

putant

orum, etiam mihi verior sententia videtur, confirmat Isidorus *lib. 5. etymolog. ca. 3.* quit, collega Crassi, in foro projecit maten- a, in quibus spectantes insisterent, quæ ex no- mœniana appellata sunt. &c. *d)* Sunt projecta, tecto, vel qualibet alia ædium parte sunt, non ospiciendum, sed etiam ad stillicidium vel a- ioda avertenda. Corat. Goedd. Dn. Ant. Matth.

neris ferendi servitus est, quâ columna onus ædium aliarum ferre *a* tenetur.

rum. Instit. de serv Vult. *Jurispr. Rom. lib. 1. c. 63.* Wesenb. *in parat. ff. de servit. urb. num. 9.* *a)* Quâ ex Bartolo *in l. sicuti. §. competit. ff si serv. vind.* rass. *in tract. de servit. fol. 81.* à servitute tignum di distinguitur: Hæc quippe verba, inquit, pro- te ac sustinere onera domus tuæ, hoc importanr, qui sum dominus loci servientis, aliquid faciam. ola facultas & jus conceditur tignum immitten- ortat concessio, ut dominus loci dominantis fa- Nullne igitur servitus constitui, quâ aliquid facere tenetur? Propositæ equidem servituti, semper, sive te conventum sit, sive non, hæc inerit conditio, ut parietem vel columnam, minitantem ruinam, m planè collapsam reficiat, eoque nomine domi- dversus negantem confessoriam intendere potest. *debere 33. de servit. urban. l. sicut 8. §. distant 2. l. et- §. etiam 2. ff. si servit. vind.* Exceptionis rationem ferunt hanc; Quòd pleraque principaliter fieri non at, si tamen principali rectè constituto accedant, sub- *l. in modicis 24. ff. de contrah. empt. l. 1. ff. de aut.* *si quis duos 29. ff. de libert. legat.* At in servitute one- ferendi, ajunt, primâ causâ inspectâ ad factum nemo tur, scilicet ut parietem quis faciat aut reficiat, sed tum ut onus vicini, parietem vel columnam suam, uti te est, ita semper constitutam sustinere ac ferre patia- Quo deinde promisso cùm paries ita perpetuò esse possit, quia nihil æternum, per consequens ad factum

etiam tenetur, *d.l.eum debere.l.sicut.l.et si.* Donell. *lib.9.com.* *cap.21.& lib.11.cap.4.* Coras. *in tract.de servit.explic.l.1.f.* *98. & explicat. l.quoties 15. fol.339.* Vultejus *ad tit. Instit.* *serv.§.prædiorum.* Dum tamen paries reponitur, ædium d... minantium dominus sumptibus suis domum fulcire deb... *l.sicut 8.in pr.si serv.vind.* Costal. *2.advers.ad d.l.sicut.*

14 Sequuntur servitutes prædiorum rustic... rum; quæ sunt, iter, actus, via, aquæductus, aqu... haustus, pecoris ad aquam appulsus, pecoris p... scendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ.

pr. & §. inter Instit. de serv. l.1.2.3.4.5.6.7. ff. de ser. *præd. rust.*

15 Iter est jus eundi *a*, ambulandi *b* hominis...

l.1.§.1 de servit.præd.rust.pr.Inst.de serv. *a)* sive pedi... suis, sive alienis, ut equi, servi, &c. *l.qui sella 7. l. inter act.* *12. de serv.præd. rust.* Baro *ad t.Instit.de serv.* Coras. *in tr.* *serv. expl.l.1.fol.83.* Duar. *disput.anniversi.lib.1.c.21.* Cuja... *ad pr. Inst. de serv.* Costal. *2.advers.ad l.1. de serv.præd.r...* *b)* cùm servitus è re prædii sit, oporteat, *l.ut pomum 8.ff.* ... *serv.* ambulare autem hominis voluptatem respiciat, ... Ant. Matth. *in notis ad pr. Instit. de serv.* impropriè & ... consequentiam jus ambulandi esse, notat. Cui enim l... ire, cur non eidem etiam concessum videatur ambulare ... est, sæpiùs in sua vestigia regredi? Cujac. *lib.22. observ.* *c)* Quod additum propter iter animalium, quę simili mo... ire dicuntur. Virg. *1. & 7. eclog. Ite meæ quondam felix pe...* *ite capellæ.* Et, *Ite domum pasti, venit Hesperus, itę juve...* Donell. *11.com.c.5.* Baro *ad t.Inst.de serv.*

16 Actus est jus agendi *a* jumentum *b* vel ve... hiculum *c*:

pr.Inst.de serv. l.1. §.1. de serv. præd. rust. Gov. *lib.2. v...* *jur.lect. c.17.* *a)* Cùm nemo jumentum agere possit, ... simul ipse eat, quæritur, an in servitute actus, iter quoq... contineatur? Ego cum Accursio *in l.1.ff.de serv.rust.* ipso ... re & verborum proprietate non contineri existimo: 1. Q... actus sine itineris servitute esse potest, *l.loci 4.§.1.ff.si se...* *vind.* 2. Quia qui actu legato, iter adimit, nihil adimit, ...

ſſ

d. *vel transf. legat.* Non iter, quod cum jumenum est, quia sine illo actus esse non potest; non item separatam, quia hanc legasse non videtur; ademisset, si ipso jure in actu contenta fuisset; n hanc l. accipit Anton. Fab. *1. lib. conject. cap. 20.* retationem tamen, & ex præsumpta mente paci ontineri arbitror, *l. 1. §. 1. de serv. præd. rust. pr. Init.* Quia in majore etiam minus inclusum cen- *debet 21. de* R. J. Duar. *lib. 1. disput. anniverf. cap.* *11. com. cap. 6.* Baro *ad t. Instit. de servit.* Dn. Ant. *not. ad t. Instit. de servit.* Ant. Faber. *lib. 1. conject.* ui tamen in hoc dissentit, quòd negat, illum, qui abet, sine jumento eo uti posse; quàm malè enim, 1. ex allata ratione, Cui, quod majus est, licet, ei e- t, quod minus est. 2. *ex l. qui iter. 2. ff. quemad. ser- it. l. 1. §. 1. de serv. præd. rust. pr. Instit. de servit.* Vid. Vesenb. *in parat. ff. de serv. præd. rust. lit. c.* Vult. *ad de serv. in pr. n. 23.* Costal. *2. adverf. ad l. 1. ff. de serv. st. b)* Quod exempli gratiâ hîc tantùm nomina- am etiam actus est, ubi armenta trajicere licet, *l. in- ff. de servit. rust. c)* Etsi immobile sit, eoque nec huic conveniat, *l. ferri 225. de V. S.* cùm tamen ju- adjungamus, eoque rem moventem efficiamus, non quàm ipsa jumenta agere dicere possumus. Baro *ad Inst. de serv.*

17 Via est jus eundi *a*, agendi & ambulandi *b*.

de servit. præd. rust. pr. Inst. de servit. a) Quidam pro di legunt, vehundi; quod si sequamur, omnis prorsus cultas sublata erit. Ut autem sequamur, inquit Dn. on. Matth. *in notis ad t. Instit. de servit.* hæc potissimùm ere videntur; 1. vocabuli etymon: Via à vehendo dicta , Var. *lib. 4. ling. Lat.* Erit igitur jus vehundi. 2. Autoritas teris cujusdam Codicis. 3. Quia si legatur eundi, Justini- us ineptè locutus videtur, separans à se ire & ambulare. man. *4. com. 11.* Donell. *11. comm. c. 6.* nec improbat We- *in par. ff. de servit. præd. rust. lit. e.* Dom. Arumæ. *disput. ad Instit. exercit. 6.* Dissent. Anton. Fab. *lib. 1. conject. c. ult.* Quòd si verò correctio textus non placet, nihilominus ab actu distinguitur, dicendo: Viam esse jus non solùm

eundi, sed etiam agendi & ambulandi, ideoque actum & iter in se continere suâ naturâ, & ipso servitutis jure, *pr. Instit. de serv. l. 1. de servit. præd. rust.* Iter tantùm esse jus eundi, per consequentiam ambulandi, suprà *thesi 15.* Actum jus tantùm agendi, per consequentiam eundi, *thes. præced. lit. a.* Coras. *in tract. de servit. fol. 99.* vide etiam Costal. *2. advers. ad l. 1. de servit. præd. rust.* Wesenb. Anton Fab. *dd. locis* Duaren. *lib. 1. disput. anniversf. cap. 31.* Et sunt præterea aliæ differentiæ, quamvis hâc definitione non comprehensæ, ut: qui viam habet, jus quoque trahendi tigna & lapides, & rectam hastam ferendi habet, quod, qui actum habet facere non potest, *l. qui sella 7. de servit. præd. rust.* Viæ, si à partibus facta sit nulla determinatio, *leg. 12. tab.* definita est latitudo, 8 videlicet pedum in porrectum, in anfractum 16. *l. via 8. l. certo 13. §. 1. 2. & 3. de servit. præd. rust. l. non satis 6. in fin. quemad. servit. amitt.* Itineris verò actusque latitudo nulla à lege definita est, sed semper boni viri arbitratu determinatur, *d. l. certo.* Donel. *11. com. cap. 6.* Wesenb. *in parat. ff. de servit. rust. lit. b.* Dn. Vultej. *ad t. Instit. de serv. nu. 23. & Jurispr. Rom. lib. 1. cap. 63. nu. 72.* Coras. *in tract. de serv. expl. l. 1. fol. 99.*

18 Aquæductus est jus aquam *a* ducendi *b.*

l. 1. de servit. præd. rust. pr. t. Inst. de servit. Donell. *11. com. c. 7.* *a*) sive ex capite ipso, (quod est illud, unde aqua nascitur ut in fonte, fons ipse, *l. 1. §. caput. ff. de aq. quotid. & æst.*) sive per rotam ex flumine, sive ex castello (quod est receptaculum aquam publicam suscipiens, *l. 1. §. ait prætor 38. ff. de aq. quot.*) aqua ducatur, *l. servitus 9. de serv. præd. rust. l. 2. com. præd.* Donell. *11. com. c. 3.* Duar. *lib. 1. disp. anniversf. c.* modò non in alium locum, quàm ad quem acquisita est ducatur aqua, *l. ex meo 24. de serv. præd. rust. l. 1. §. illud ff. de aq. quotid. & æst.* vel alteri ex nostro aquæductu aqua concedatur, *d. l. ex meo 24. l. cùm essent 33. §. 1. de servit. præd. rust.* Wesenb. *in parat. ff. de servit. præd. rust. nu. 2.* Coras. *in tract. de servit. fol. 112.* Costal. *2. advers. ad l. 2. de servit. præd. rust.* Dionys. Gothof. *in l. 24. lit. c. de servit. præd. rust.* *b*) Quod fit fistulâ, aquagio, fossâ, &c. *l. Quintus 15. l. cùm essent 33. de serv. præd. rust. l. fistulæ 18. de serv. præd. urb. l. aquæ 9. ff. quemad. serv. amitt. l. si prius 17. ff. de aq. & aq. pluv.* Coras. W

locis. Duar. *in com. ad t. ff. de aq. pluv. arcen. c. 3.* *lib. de architect. 8. c. 7.*

uæ haustus est jus aquam hauriendi.

nst. de servit. l. 1. §. 1. l. 20. §. fin. de serv. præd. rust. *nst. de serv. fol. 129.* Donell. *11. com. c. 7.* Vult. Ju. *ib. 1. c. 63.* Wesenb. *in par. ff. de serv. rust. n. 3.* Qui icedit jus adeundi ad fontem, etiam jus aquæ concessisse videtur; *l. item 3. qui haustum. de serv.* Duar. *in com. ad d. l. item.* Donell. *11. com. c. 6.*

ecoris *a* ad aquam appulsus est jus adapecus.

rusticorum. Inst. de servit. l. 1. §. in rusticis. l. pecoris serv. præd. rust. Baro *ad t. Inst. de serv.* Coras. *in tr. l. 117.* Donell. *comm. 11. c. 7.* Wes. *in par. ff. de serv.* Sed cùm pecoris numerus plerumque certus sit, qui ampliorem numerum, quàm debet, appellit, iversum prohiberi possit? Corasius *d. loco* negat, equor 1. propter *l. 1. §. Trebatius. vers. Marcellus. ff. de & est.* 2. Quia in his, quæ dividua sunt & separabi- per inutile non vitiatur. *l. si sponsus 5. §. generaliter onat. int. vir. & ux. l. 1. §. sed si mihi. de V. O.* *a)* pe- ppellatione omnia animalia accipe, quæ gregatim & pascuntur, ut sunt oves, capræ, boves, equi, &c. *l. lege. ff. ad L. Aquil. pr. Inst. eod.* Coras. *in tr. fol. 118.*

Pecoris pascendi, est jus pascendi pecus.

ter rusticorum. Inst. de serv. l. 1. §. in rusticis. l. pecoris 4. præd. rust. Coras. *in tr. de serv. expl. l. 1. fol. 118.* Wes. *ff. de serv. rust.* Notandum tamen, quòd ex constitu- Friderici *cap. de pace tenen. 27. §. fin. in usib. feud.* terram transiens, nullâ constitutâ servitute, equum pabulare possit, quantò propinquiùs secundùm viâ arripere poterit. Quærunt autem hîc Dd. si cui da- m illatum sit à pecoribus alienis, cui nulla servitus erat tuta, an jus sibi propriâ authoritate dicere, & jure re- is uti possit? Ego hoc casu nego per *l. Quintus ff. ad L. Aquil. & argument. l. exstat. ff. quod met.* Subvenitur quippe, ut inquit Coras. *d. loco,* actione

videlicet Legis Aquiliæ, *d.l. Quintus.* §.*i.* vel de pastu peco-ris, *l. qui servandarum 14. §.fin. ff. de præscript. verb.* vel de pauperie *l.1.& t.t.ff.si quadr.paup.feciss.dicat.* Retinere tamen potest, quoad sciat, cujus sit animal, quod damnum dedit, *l. capite quinto 25. ff. ad L.Juliam de adult.* Costal. *adversf.ad l.Quintus 39. ff. ad L.Aquil.* Diss. Bartol. *in l.9. ff. de dam. infect.* ubi etiam Zas. & alii *per l.9.§.1.ff.de dam.infect.l.8.ff.de incend.l.5.§.4.ff.ad exhib.*

22 Calcis coquendæ est jus calcem coquendi. *§.inter. Instit. de servit. l.1. §. in rusticis.l.ergo 5.de servit. præd.rust.* Coras. *in tract. de servit. expl.l.1. in fin.* Baro *ad Inst.de serv.fol.129.* Donell. *11.com.cap.7.*

23 Arenæ fodiendæ est jus arenam fodiendi. *§.inter.Inst.de serv.l.1.§.fin.l.ergo 5.ff. de servit.rust.* Coras. *in tract. de servit. expl.l.1.fin.* Wesenb. *in parat.ff.de serv. rust.num.4.* Cœpol. *de servit.cap.2.de serv.real.num.6.* Huc pertinent servitutes, cretam eximendi, secandi ligna, figulinam habendi, uvas premendi, &c. Wesenb. *d.loco.*

24 Constituuntur autem servitutes reales, vel acquiruntur. Constituuntur ultimis voluntatibus *a*, vel traditione ex præcedente aliqua stipulatione *b*. Et ipso jure *c* semper sine tempore aut conditione tam inchoandi *d*, quàm finiendi *e* servitutem, quamvis non semper sine modo *f* eâ utendi.

a) veluti testamento, codicillis, donatione mortis causâ &c. *§.ult.Instit.de servit.t.t. ff. de servit.legat.l.4.C.de usufr.l.potest 16.ff.com.præd.* Vult. *Jurispr. Rom.lib.1.c.63.(ad t. Instit. de serv.§.fin.* b) *l.1.ff. de pact.junctâ l.traditionibus 20.C.de pact.l.nunquam 31. de acquir. rer. dom.* Huc etiam refero officium judicis, quod servitutem quandoque constituit *l. item Labeo 22. §.sed etiam 3.ff famil.ercisc. l.communi 7.§.1.l ut fundus 18.ff.commun.divid.* Donell. *11 com.c.9.& 11.* c) Intellige jus 12. tab. propter excellentiam sic dictum, & quòd ex lege 12. tab. promanavit Jus Civile quod opponitur Juri prætorio, *l.1.ff.quib.mod.usufr.amit. l.7.de just.& jure.* Quippe authoritate Juris prætorii, quo

voi

res Juris Civilis, *l.8. de just. & jur.* contra placi-
vindicans, pacti vel doli mali exceptione re-
nel. *11. com. c.10.* Cor. *in tr. de serv. expl. l.3. nu.26.*
vers. ad l.4. ff. de serv. *d)* puta iter tibi per fun-
constitutum sit, sed ita, ut jus tibi sit primùm
adis Juliis; vel, sed ita, ut ire liceat, si navis ex A-
fuerit, 1. *per l. servitutes 4. ff. de servit.* 2. Quia
: servitutem, est efficere, ut jam sit quæsita, *l.1. ff.*
deò. *Instit. de serv.* & pati, ut dominus eâ utatur,
rv. quæ patientia in reb. incorporalibus est pro
, *l.1. §. fin. de serv. præd. rust. junctâ l. servus 43. §.*
es. ff. de acq. rer. dom. At rem suam quilibet hoc
l ejus est, vindicare potest, *l. action. 25. ff. de A. &*
n. juncto §. appellamus. Instit. de act. Conventiones
ntrariæ juri non sunt servandæ, *l. Jurisgentium 7.*
tor. l. contra 28. ff. de pact. qualis esset, ne domino
n vindicare liceat, non minùs, quàm si convenerit,
nus rem suam alienet, *l. nemo 16. ff. de pact.* nec tan-
pactio contra jus, sed contra naturam ipsam est,
i paciscitur ut servitus sit alicujus, & tamen usum
i servitutis constitutæ effectus est, denegat, jus con-
m tollit; quippe cui causa efficiens proxima tribui-
dem omnino effectum tribui necesse est. Interim ta-
non nego, promitti servitutem ex tempore, ut etiam
to ædificio, & sub conditione posse, *l. heres 25. §. contra*
famil. ercisc. l. existimo 98. de V. O. Quia qui promittit,
dat, ut ille qui constituit, sed tantùm ut det, sese obli-
l. obligationum 3. de O. & A. pr. Inst. de oblig. At omnis sti-
tio jure recipit conditionem. *§. omnis. Inst. de V. O. l. o-*
47. ff. si cert. pet. Donell. *11. com. c.10.* Dn. Gœdd. *in tr. de*
trah. stip. c.6. concl.1. n.25. Wes. *in par. ff. de serv. nu.8.* Co-
in tr. de serv. explic. l.4. in pr. Vult. *ad 1. Inst. de usufr. nu.5.*
man. lib.4. com. c.8. Govean. *lect. lib.1. c.9.* Cæpol. *de serv.*
c.22. Vide etiam Cost. *2. advers. ad l.4. ff. de servit.* Dua-
in com. ibidem. Pac. *cent.3. q.52.* *e)* Veluti ad decem an-
os, aut donec navis ex Asia redierit, actu vel itinere uti lice-
l.4. ff. de servit, Quia nulla omnino obligatio ad tempus
constitui potest, *l. obligationum ferè 44. §.1. vers. placet. de O.*
& A. Vide Vult. *Jurispr. Rom. lib.1. c.63.* cum præallegatis

autorib. *f)* Veluti in itinere, ut quis eat pedes non eques; in actu, ut certa pecora transducantur; in via, ut certũ pondus vehatur, *l. 4. §. modum. ff. de serv. l. is cui 11. quem. servit. amitt. l. si communem 10. eod.* Huc etiam pertinent intervalla dierum & horarum, scil. ut alternis, aut aliis certis dieb. ve certis horis matutinis, finge, aut pomeridianis quis impo sitâ servitute utatur. *d. l. 4. §. intervalla. ff. de servit. l. via §. usus. eod. l. si sic constituta 7. quemad. servit. amitt. l. 2. ff. d aq quot. & æst.* Neq; enim talis constitutio ex tempore au ad tempus est, sed pura omnino, & perpetua, tempore tan tùm temperata, Don. *d. loc.* Cor. *in tr. de serv. ad d. l. 4. §. in tervalla.* ubi etiam Cost. *2. advers.* Gothofr. *lit. f.* Wesenb. *parat. ff. de servit. n. 8.* Duar. *in com. ad d. l. 4. §. intervalla.* U etiam duobus vel plurib. eadem servitus concedi potest, ut pluribus ex eodem loco aquæductus; plurib. ex eodem fon te aquæhaustus, plurib. idem iter, actúsve &c. *l. rusticorum 2. §. fi. de serv. præd. rust. l. qui per certum 15. ff. com. præd. l. Lu cius 4. ff. de aq. quot. & æst.* nisi cessio posterior priori noceat *l. in concedendo 8. ff. de aq. & aq. pluv. arcend. l. aquam 4. C de serv. & aq. l. Imperatores 17. de servit. præd. rust.* Duar. *com. de servit. rust. ad l. 2. §. aquæductum.* ad quam etiam Costal. *2. advers.* Coras. *in tract. de servit. fol. 116.*

25 Acquiruntur usucapione per se *a*, & pe consequentiam *b* longâ *c* & longissimâ *d* posse sione; omni inter continuas & discontinuas di crimine rejecto *e*.

a) Si scil. eam emerit, aut ex donationis, legati vel alia sta causa acceperit à nõ domino, *l. ult. C. de præsc. long te l. un. vers. ideò. ibi,* quæ immobiles sunt, vel esse intelligũ *junct. l. 2. C. de serv. & aq.* Donel. *11. com. c. 11. & 12.* Dn. A Matth. *in notis ad t. Instit. de servit. §. ult.* Cæpol. *de serv. c. 20.* Gœdd. *in disp. de serv. ad Pandect.* Bronch. *cent. 1. ass* Vide etiã Costal. *2. advers. ad l. servitutes 14. ff. de serv.* Du *in com. ad eand. & disp. anniversf. lib. 1. c. 34.* Longov. *in l. perium. ff. de jurisd. om. jud.* *b)* cùm usucapiuntur præd quibus inhærent, *l. si aliena 10. §. h. jure. ff. de usuc. quia tra eunt ad novum dominum cum conditione sua, l. via 23. fundus. ff. de serv. rust.* Donell. *11. com. c. 11. in fin. & c. 13.*

-q

ite usus fuerit sine titulo, nec vi, nec clàm, nec eo, qui dominus prædii erat, *l. si aquam 2. C. de l. 1. §. ult. vers. sanè enim. ff. de aq. & aq. pluv. ar- s diuturno 10. si serv. vind.* Baro *ad t. Inst. de serv.* ultej. *ad tit. Inst. de usucap. n. 23.* Dn. Ant. Matth. *t. Inst. de serv. §. ult.* Wes. *in par. ff. de serv. num. 5. lib. 1. disp. anniversf. c. 34.* *d)* si usus origo homi- oriam excedat, *l. hoc jure 3. §. ductus. ff. de aq. quot.* abus rebus à duobus prioribus modis differt. A iòd titulus; à secundo quòd scientia domini non ur. Don. *11. com. c. 12.* Cæpol. *de serv. urb. c. 20.* Wes. *f. de serv. nu. 5.* Coras. *in tr. de serv. explicat. l. servi- n. 39.* *e)* Quippe repugnat hæc distinctio juri, sive us possessionem, (quia etsi actu non sint continuæ, inus tamen continuam possessionem habent, quia solo animo retinetur, *§. possidere. Instit. de interd. l. 3. §. sed etsi 7. l. clam 7. §. ult. ff. de acquir. poss.* Et o- rè, inquit Dn. Anton. Matth. si usum spectemus, sunt tinuæ; si causam, servitus non est nisi continua, *l. fo- ff. de serv. præd. urb.)* sive spectemus usucapionem là usucapionis generaliter acceptâ.) Quia si servitu- continuæ usu ac possessione non acquirerentur, neq; uæ etiam discontinua servitus est, *l. servitutes præd. 14. serv.* usucapione acquiri posset; Quia negato genere species negantur. At iter acquiri longo usu & pos- ione potest; quia nulli interdictum de itinere actuq; pri- o reficiendo competit, nisi cui debetur, *l. inde etiam 3. §. autem 13. ff. de itin. act. priv.* Atq; hoc interdictum ei da- qui itinere diu, nec vi, nec clàm, nec precariò usus est *l. aret 5. §. si quis pen. ff. de itin. act. priv.* Donell. *11. com. cap.* Wesenb. *in parat. ff. de serv. num. 5.* Costal. *2. advers. ad l. amen 28. de servit. præd. urb.* Longoval. *in l. imperium. ff. jurisd. om. jud.* Coras. *in explicat. l. servitutes 14. num. 2.* aren. *lib. 1. disput. cap. 34.* Fachin. *lib. 8. controvers. cap. 22.* onch. *cent. 1. assert. 92.*

26 Quæsitæ ita servitutes toti *a* prædio, cum o- nibus, sine quib. illis uti non possumus *b*, quæsi- e censentur, & totum prædium servum faciunt.

a) Non uni aut alteri parti, *l. via 23. §. ult. de servit. præd. rust. l. si servitus 23. de serv. præd. urb.* Et in tantum singulis partibus quæsitæ censentur, ut particulatim fundo alienato, singulis partibus debeantur, *l. si partem 25. ff. de serv. rust. l. cùm fundus 12. com. præd.* Donell. *11. com. cap. 13. & 14.* Duaren *in comm. ad l. 23. §. quæcunq; servitus. de serv. præd. rust.* b) *l. ult. ff. de offic. ejus cui mand. jurisd. l. hujus 6. ff. qui pot. in pign.* & generale est: Qui vult finem, vult etiam media, sine quibus ad finem perveniri non potest. Hinc aquæhaustu constituto, iter quoque constitutum censetur, *l. item sic 3. §. 3. de servit. præd. rust. l. Gaurus 10. in fin. de servit. præd. urban.* Gothofred. *ad l. 6. lit. b. ff. de alim. legat.* Duar. *in com. ad l. 3. §. qui habet, de servit. præd. rust.* Coras. *in tract. de serv. expl. l. 1. fol. 115. in fin.* Dn. Vult. *ad tit. Inst. de servit. in pr. nu. 24.* Costal. *2. advers. ad l. Gaurus, de servit. præd. urb. & part. 1. ad l. 2. ff. de jurisdict.* Hinc exigentibus inæqualitate & humoribus loci, iter subruendo & fodiendo facere potest, *l. si iter 10. ff. de serv.* Coras. *ad d. l. si iter, in tract. de serv.* Hinc gradus & clivos ad usum viæ faciet, *l. servitutes 20. §. si domo, de serv. præd. urb.* Donell. *11. com. cap. 14.* Costal. *ad l. Gaurus.* *c)* & quidem sine exceptione, si totus ager itineri vel actui constitutus sit, *l. certo 13. §. 1. de servit. præd. rust.* Hoc quippe casu, si per unam partem ire vel agere cœperit, licet nihilominus postea per aliam ire vel agere, & toties locum mutare potest, quoties libet *d. l. certo. §. 1.* Si verò via, actus, aquæductus, &c. simpliciter tantùm concessa sint sine determinatione, ab initio tantùm totus fundus servit, *d. l. certo. §. ult. de servit. præd. rust. l. si mihi 21. eod. l. ult. ff. de aq. quot. & æst.* Cùm enim locum semel electum postea mutare non possit, *l. si cui 9 ff. de serv. d. l. certo.* post electionem non minùs cæteræ partes liberæ erunt, ac fuissent, si ab initio statim locus certus demonstratus fuisset, *d. l. certo. §. 1.* Donell. *11. comm. cap. 13.* Wesenb. *in par. ff. de serv. n. 9.* Coras. *in tract. de serv. expl. l. ad certam.* Cost. *2. advers. ad l. si cui simplicius 9. ff. de serv.* In eligendo tamen civiliter agendum erit, id est, bono more, sine dolo malo, sine captione, & sine omni malitia, *l. ult. §. pen. ff. quod met. caus.* Generaliter quippe nunquam malitiis indulgendum. *l. in fundo 38. ff. de R. V.* ne calumni

dum quicquam, *l. ad exhibendum 19. ff. ad exhib.* ex bonâ fide interpretandum, *l. locum 17. §. 1. de* ditor 60. §. Lucius. *vers. quæsitum. ff. mand.* Non liter agit, qui iter aut actum eligit per medias vi- aliam earum partem ire agereq; æquè commo- leoq; hæc, & similia, in ipsa electione tacitè exci- *si qua 22. ff. de serv. rust. l. si cui 9. ff. de servit.* Don. 13. Coras. *in tract. de serv. expl. l. si cui.* Dn. Vult. *ad serv. n. 20.* Duar. *in com. ad l. si cui 9. ff. de serv.*

Ad acquisitas *a* servitutes, & libertates con- las, proditæ sunt actiones, confessoria & ria *b*. Confessoria *c* est actio in rem *d*, minus *e* servitutem fundo suo deberi in- *f*.

stit. de act. l. 2. in pr. ff. si serv. vind. Don. *11. com. c. 15.* *com. ad l. 2. ff. si serv. vind.* Baro *ad t. Inst. de act. fol.* Non verò promissas: De his enim ex conventione o, quo servitus promissa est, actio tantùm competit lis, *§. 1. Inst. de V. O. l. 2. §. 2. ff. eod. l. ult. §. ult. ff. de con-* ... Ant. Fab. *lib. 20. conject. c. 13.* Vult. *ad t. Inst. de act.* ... 7. Wes. *in par. ff. si usufr. pet.* Coras. *in tr. de serv. ad* ... *es 4. n. 6.* b) *d. l. 2. si serv. vind. & §. aquè. Instit. de* c) Quæ iterum duplex: Directa de iis, quæ à domino acquisitæ sunt, vel utilis de illis, quæ à domino longâ ... one quæsitæ sunt, *l. si quis diuturno 10. si servit. vind.* ... *1. com. c. 15.* d) quod præter *d. l. 2. si serv. vind.* etiam ... dicat inscriptio tituli, quæ est (si servitus vindicetur) non nisi actionibus realibus vindicemus, *l. actionũ 25.* ... & O. *§. appellamus. Inst. eod.* Donell. *11. com. c. 15.* Wes. ... *at. si serv. vind.* e) Quia generaliter in omni vindi- ... ne dominium à parte actoris requiritur, *l. in rem 23. ff.* ... *V.* specialiter præterea etiam in hac actione desidera- ... *2. §. 1. l. 1. ff. si serv. vind.* unde etiam usufructuarius, qui ... est prædii dominus, *l. rectè 25. ff. de V. S.* si in usu servitu- ... ad usufructuarium pertinentis impediatur, ne quidem ... actione agere potest, *l. 1. ff. si usufructus pet. l. 2. §. Pom-* ... *3. si serv. vind. l. uti frui 5. §. 1. ff. si usufr. pet.* Longoval. ... *ff. de jurisdict.* Coras. *in tract. de servit. expl. l. ei qui. n. 5.*

Bronch.*cent.1.assert.9.* Robert.*libr.2.recept.lect.c.11.* Dua *in com.ad l.2.§.Pomponius.ff.si servit.vind.* Harp.*ad §.aquè Inst.de act.* Costal.*2.advers.ad l.ei qui 16.ff.de serv.* Quamvis quoad interdicta secus se habeat, *l.2.§.3.ff.si servit.vin.* ubi etiam Ulp.rationem diversitatis reddit, quòd in con fessoria actione de jure, in interdictis de facto quæratur Duar.*in com.ad d.l.2.§.3.* Don.*11.com.c.15.* *f*) Generaliter adversus omnem, sive sit dominus, sive alius quis, mo servitute uti prohibeat, sive servitutis controversiam facia sive non faciat, *l.etsi 6.§.hac autem. l.si quis diuturno 10. ult. l.4.§.si quis 5. l.si eo loco 9.ff.si serv.vind.* Dn.Vultej. *§.aquè.Inst.de act.* Don.*11.com.c.15.* Wes.*in parat.ff.si ser vind.* Costal.*2.advers.ad l.2.ff.si serv.vind.* Duar.*in com. l.4.§.si quis.ff.eod.* Coras.*in tract.de serv.expl.l.16.n.7.* Dis Ant.Fab.*lib.20. conject.c.13.*

28 Negatoria *a* est actio in rem *b*, quâ dom nus rem suam liberam, nec servitutem debere in tendit *c*. Non verò ita à verborum conception negativâ, ut nec confessoria à verborum conce ptione affirmativâ, sed à proprietate & causâ fin ita dicitur *d*.

§.2.Inst.de act.l.2.ff.si serv.vindic. Baro *ad tit.Instit.de act.fol.520.* Anton.Fab.*libr.20. conject.cap.13.* *a*) vocat etiam negativa, *l.uti-frui 5.ff.si ususfr.pet.* item contraria *8.ff.si serv.vind.* Vult.*ad §.aquè.Instit.de act.n.18.* *b*) *l.si vus 3. §.antep.ff.de riv. §.aquè. Instit.de act.l.2.ff.si serv vind.* Etsi enim servitutem non vindicemus, vindicam tamen libertatem, quæ servituti est opposita. Sicut ve inter se illa duo opponuntur, ita etiam confessoria & ne toria, & proinde tam hæc, quàm illa in rem esse dicitur. Vultej.*ad §.aquè. Instit.de act.nu.19.& 20.* Dn.Ant.Mat *in notis ad t.Instit.de act.d.§.aquè.vers.quod genus.* Wese *in par.ff.si servit.vindic.* Donell.*11.com.c.16.* Duar.*ad l §.competit.ff.si serv.vind.* *c*) eodem modo ut in cōfesso generaliter adversus omnem, sive sit dominus, sive al quis, sive servitutem imponere, sive servitutis indebit jus sibi usurpare velit, *vide thes.praced.lit.f. cùm ibi alle ll.& Dd.* *d*) Quod inde colligi potest, quòd ambæ

act

...tem, & pleniùs exempla probant. Quippe si in-
...tentiæ, (refert Accursius, neminem ibi invito vi-
... certam mensuram ædes attollere posse) jus mihi
... tollendi, confessoriâ utique actione ago, quia à
...rvitutem altiùs tollendi mihi constitutam vin-
... verò contrà alio loco (ubi in cælum, si fieri posset,
...ollere permittitur) intendo, jus mihi esse altiùs
... negatoriâ ago, quia libertatem naturalem vindi-
...nceptio tamen verborum in ambabus hîc eadem
...si acquisitâ servitute luminum, intendo, jus tibi
...e ædes tollere, ne luminibus officias, confessoriam
..., etsi maximè verba sint negativa, quia servitutem
... E contrario, si hanc servitutem vicinus non debet,
...ntendet jus sibi esse altiùs tollendi, & erit negatoria
...ob servitutem negatam, quæ tamen verbis affirmati-
...ncepta est, *l.4.§.competit.ff.si servit.vindic.* Donellus
...m. *cap.15.* Dn. Vultejus *ad §.æquè. Institut. de act.*
...*8. & 9. & Jurisprud.Rom.libr.2.cap.22.circa finem. &*
...*n.discept.schol.cap.5.* Duaren *in comm.ad l.4.§.compe-*
...*si servit.vind.* Cujac.*in paratit.ff.si serv.vind.* Coras.
...*act.de servit. expl.l.16.num.4.* Diss.Anton.Faber *20.*
...*cap.13.* Walth.*libr.1.miscell.cap.4.* Cisn.*ad §.2. Inst.*
...*act.*

29 Actor si possessorio judicio agat, tantùm ...ssessionem *a*; si petitorio, siquidem confessoriâ, ...s sibi acquisitum *b*; si negatoriâ, adversario ...on esse *c* probare debet. Semper autem sive ...onfessoriâ servitutem, sive negatoriâ libertatem ...petat *d*, etiam id quod interest *e*, tacitè petivisse ...censetur *f*.

a) Quam si probaverit, manebit in possessione, usque ...dum adversarius de jure suo doceat, *l.si ob 8.ff.de condict.ob* ...*turp.caus.l.in pari 28.de R.Jur.l.si debitor 10.ff.de pign.& hy-* ...*poth.l.militis 36.§.3.ff.de test.mil.* Dn.Vult.*ad §.æquè.Instit.* ...*de act.num.28. & libr.un.discept.schol.cap.5.* Dn. Antonius ...Matth.*ad §.2.vers.quod genus. Inst.de act. & Dd.communi-* ...*ter.* *b*) ob allatam jam rationem; quod enim nisi probet,

etiamsi maximè probet, adversarii jus non esse, cùm inde non statim sequatur suũ esse, meritò & hîc possessoris causa melior est: vide jam allatas ll. & Dd. quibus adde *l. qui accusare 4. C. de edend. l. res alienas 28. C. de R.V.* c) Quippe non est necessum prædium ejus, qui servitutem negat, omnino esse liberum, satis est liberũ esse respectu adversarii quamvis alterius respectu servum sit, *l. 4. §. competit ff. si servit. vind.* unde etiã est, quod vulgò dici solet, quòd ædes liberas habeo. Anton. Fab. *lib. 20. conject. 13.* Duaren. comm. ad l. 4. §. competit. ff. si serv. vind.* ubi etiã Costal. *vers. part. 2.* Dn. Vult. *ad §. æquè. Inst. de act. nu. 41. & libr. disc. ept. scholast. c. 5.* d) Quod non intellige, quasi jam primùm servitus constituatur, quæ jam antè constituta est, ut, quæ sit, declaretur, *l. sicut 8. §. etsi 4. ff. si servit. vind.* Donell. *11. com. c. 15. & 16.* Duar. *ad d. l. 4. §. 2. ff. si servit. vind.* Wes. *in par. ff. si usufr. pet.* Coras. *in tract. de serv. expl. num. 7.* Baro *ad tit. Instit. de act. fol. 520. in fin.* e) Quod commodum omne illud, quod, si agens confessoriâ, servitute uti; agens negatoriâ, libertate frui non prohibitus fuisset, actor habuisset, *l. 4. §. 2. vers. sed videamus. l. usq. 6. ff. si serv. vind.* Donell. *11. com. cap. 15. & 16.* Duar. *ad d. l. 4. ff. si servit. vind.* Huc etiam referri potest cautio de in posterum non turbando, quæ à victo exigi potest, *l. harum ... tecum 12. ff. si servit. vind.* Duaren *in comm. ad d. l. 7. ff. si vindic.* ubi etiam Costal. *2. advers.* Coras. *in tract. de serv. expl. l. 16. num. 7.* Donell. *11. comm. cap. 15.* f) Non solum rectè restitui petat, *l. plus est 22. l. restituere 65. de V. S.* Gœdd. & alii, sed etiam si simpliciter petat, *l. 4. §. 2. l. et ... pen. ff. si servit. vind.* Donell. *11. comm. cap. 15. & 16.* Duar. *com. ad l. 4. §. 2. ff. si servit. vind.* Wesenbec. *in par. ff. si servit. vind.* Interim tamen notandum, quòd si ex pluribus dominis fundi, unus servitutem vindicet, licet ejus victoria aliis prosit, *l. 4. §. si fundus. ff. si servit. vind.* tamen actori fructus restitui, non aliis, *d. l. 4. §. si fundus. ff. si servit. vind.* Pecunia enim divisionem recipit, quæ in eo, quod interest versatur, *l. stipulationes non dividuntur 72. de V.O.* servitus non recipit, *d. l. stipulationes.* Costal. *2. advers. ad l. loci. si fundus. ff. si serv. vind.* Donell. *11. com. cap. 15.* Duar. *ad loci. §. si fundus.*

nittuntur servitutes quæsitæ resoluto ris *a*, lege vel pacto servituti adjecto *b*, ne *c*, remissione *d*; rusticæ simpliciter inne utendi *e* per modum vel tempus *f* acusucapione, urbanæ *g*.

no plus 54. & 120. de R. Jur. Hinc est, quòd si funnditione legato, heres, qui pendente conditione nus est, *l. & post 12. §. res quæ 2. ff. fam. ercisc.* servi-posuerit, existente conditione, re legatâ ad legata-isceunte, servitus constituta finiatur, *l. si fundum ndict. & demonstrat. l. is cui 10. §. heres. ff. quemad. tt.* quamvis acquisitæ ab herede ad legatariũ unà *t. d. l. is cui.* Donell. *11. com. c. 17.* Costal. *3. advers. ad 4. §. sed & Marcellus. ff. de in diem addict.* Dn. An-*in notis ad §. minus. Inst. de usu & habit.* Gotho-*d. l. is cui. lit. i.* Wesenb. *in parat. ff. quemad. servit. b*) scilic. veniente die aut conditione, cùm ad diem m conditionem constituta est, *l. 4. ff. de serv.* Etsi o jure ita constitui non possit, jure tamen prætorio placita servitutem vindicans repelletur, *vide th. 24. c*) si idem utriusq; prædii dominus esse cœperit, *l. 1. dmodum servit. amitt. l. in re communi 26. de servit. n. vide thes. 1. lit. b.* & in tantum confusione amit-at etiamsi rursus dominus vendat, & deberi sibi ser-velit, de novo imponenda sit, *l. si quis ædes 30. de præd. urb. l. quicquid 10. ff. com. præd.* cum exceptione *l. si cum 15. quemadmod. serv. amitt. l. tria 31. de serv. st. arg. l. una 18. eod. l. si quis ædes 30. §. 1. de serv. præd. pomum 8. de serv.* Duaren. *in com. ad l. tria 31. & d. l. de servit. rust.* Vultej. *Jurispr. Rom. lib. 1. cap. 63. nu. 78. §. non tantùm. Inst. de usufr. n. 3.* Wesenb. *in paratit. ff. si d. nu. 1.* Corasl. *in tract. de serv. ad l. quicquid 10. §. si nu. 10. d*) *l. ad certam 6. l. si servitutes 14. §. 1. ff. de* Remisisse autem intelligitur, non solùm si verbis, sed si facto dominus idipsum declaraverit se velle, *l. si stil-8. ff. quemadm. serv. amitt.* modò nihil precariò con-it, *l. si precariò 17. ff. com. præd.* Don. *11. com. cap. pen.* enbec. *in princip. ff. si servit. vind. num. 3. e*) *l. hac au-*

tem 6. de serv. præd. urban. l. sicut 13. C. de servit. & aq. Inter-
misisse autem videtur: 1. Qui omnino servitute sive per se,
sive per alium, qui in possessione est, non utitur, *l. usu 20. ff.*
quemadmodum servit. amitt. 2. Qui quidem utitur, sed non
utitur tanquam loco serviente, sed tanquam publico aut
privato, *l. ult. ff. quemad. serv. amitt.* 3. Qui quidem servitu-
tis jure utitur, sed non utitur servitute constitutâ, veluti, si is
cui certis horis aquam haurire permissum, eam aliis hori
hauserit, *l. si cõmunem 10. §. 1. l. seq. & l. si quis alia 18. quem-*
admod. serv. amitt. In qua causa tamen non est, qui fecit i
quod debuit, sed fecit ampliùs aliquid, *l. is cui 11. quemadm*
serv. amitt. Neq; is, qui, cùm per plurium prædia iter ipsi
debebatur, per unum tantùm ivit aut egit, namque etiam
quoad cætera servitutem retinet, *l. una est 18. de servit. præd.*
rust. l. stipulationes non 72. de V. O. Donell. *11. com. c. 18.* Vult
Jurisp. Rom. lib. 1. c. 63. n. 72. & ad §. ne tamen. Instit. de usufr
nu. 1. Accurs. *in l. fin. ff. quemad. servit. amitt.* Coras. *in tr. de*
serv. expl. l. 14. n. 42. Costal. *ad l. hac autem 6. de servit. præd.*
urb. Excipitur tamen servitus itineris ad sepulchrum, qua
nunquam non utendo amittitur, *l. 4. ff. quemad. serv. amitt.*
Rationem diversitatis reddit Donell. *11. comm. c. 18.* Quò
nulli amittatur servitus nõ utendo per id tempus, quo no
potuit ex constitutione servitute uti, etiamsi vellet: huic e
nim nihil est, inquit, quod imputetur, *l. 1. in fin. C. de annal*
except. l. cùm quidam 17. §. si pupillo 3. ff. de usur. Coras. *in*
de serv. expl. l. 14. §. servitus itineris. n. 4. *f*) Quod est int
præsentes decem, inter absentes viginti annorum, *l. sicut.*
de serv. & aq. & quidem civiliter non ad momenta & h
ras, sed ad dies numeratorum, *l. anniculus 134. de V. S.* W
in parat. ff. si serv. vind. n. 5. Costal. *advers. part. 2. ad l. ser*
tutes 14. ff. de serv. Sed quid? Si constituta sit mihi servi
alternis mensibus aut annis aquã ducendi, iter faciendi
an similiter non utendo inter præsentes decem, inter abs
tes viginti annis amittitur? Ego ad amissionem servitu
computari id solum tempus, quo quis servitute uti potu
affirmo, *l. si sic 7. quemad. serv. amitt.* Ideoq; si quis alter
tantùm annis aquam ducere potest, inter præsentes vigi
inter absentes 40. annis amittitur, si tertio tantùm an
inter præsentes 30. inter absentes 60. annis. Donell. *11. c*

c.

Costal.*dd.locis.* g) *l.hac autem 6.de serv.præd.l.* *ur 4.§.ult.ff.de usurp.& usucap.l.si quis 18.§.ult.* *v.amitt.*Donell.*11.com.cap.18.*Coras.*in tract.de* *l.servitutes 14.fol.307.* Costal.*2.advers.ad l.hac* *serv.præd.urb.*

Disputatio V.

E EMTIONE-VENDITIONE.

Respondente

ANNE-CASPARO DELCKHEIMERO Francofurtensi.

---

io-venditio est contractus ex consensu *a*, re *b* tradendâ *c* emtori, & pecuniâ numeradâ venditori *d*.

.*in fin.ff.de contrah.emt.l.2.in prin.ff.de oblig.& act.* nerce,*l.1.in pr.l.nec emtio 8.in pr.de contrah.empt.l.1.* *ff.de rer.permut.* c) Dominii enim translatio omni- necessaria nō est, sed sufficit, ut præstetur emtori rem licere, *l.venditor.ff.de evict.l.servus 30.§.1.de act.* *ff.de rer.permut.l.si ita.§.1.ff.h.t.* Disf.Cuja.*in parat.* d) *l.1.ff.de rer.permut.l.11.§.2.ff.de act.emt.*

Regulariter emere-vendere possunt omnes: piuntur furiosi, infantes, pupilli *a*, prodigi, bus à magistratu bonis interdictum est *b*; non minores vigintiquinq; annis curatorem habentes *c*.

) *l.si sciens 26.ff.l.2.C.h.t.l.in negotiis 5.l.furiosi 40.ff.de* *§.furiosus.& §.seq.Inst.de inutilib.stip.* Quamvis is, qui pupillo sine tutoris autoritate emit, ipsi obligetur, *l.si id* *7.§.1.de rescind.vendit.l.Julian.13.§.si quis à pupillo 29.* *de act.empt.pr.Instit.de aut.tut.* b) *l.is cui bonis.de verb.* *oblig.l.furiosi 40.ff.de R.Jur.* Quemadmodum nec ullum contractum post interdictionem inire possunt, per quæ tradunt Duarenus & Cujacius *in d.l.is cui bonis 6.*

Borch. *in comm.de pactis.cap.4.num.10. & 11. & tract.de V.O.c.3.n.55.& seqq. latè* Dn.Gœdd.*in tr.de contrah.stip.c. 7.concl.10.n.141.& seqq.* à quâ sententiâ disf.Donell.*ad d.l. is cui 6.ff.de V.O.*& Fachin.*lib.2.contro.c.63.*qui indistinct contractum prodigi nullum esse existimant,etiam ante in terdictionem factam à magistratu. Adeò verò contrahe prohibentur prodigi,ut ne juramento quidem interposit de Jure Civili id facere possint. Quam opinionem,utpo communem, tuentur Covarr.*in cap.quamvis.de pact.in par.2.§.3.n.8.*Gomez.*lib.2.var.resol.c.14.n.22.* Fach.*lib. contr.c.64.* Idémne erit de Jure Canonico? Affirm.disf.qu dam *argum.c.cùm contingat.extr.de jurejur. & c.quamvi extr.de pact.* c) *arg.l.puberes 101.ff.de V.O.* ubi Cujac.D Vult.*lib.1.discept.c.16.* Fach.*lib.3.contr.c.9.* Bronch.*1.ass.3 in nov.ed.*Contradicunt huic communi opinioni Dn.Gœ *in l.princeps 21.ff.de V.S.& in tr.de contr.stip.c.7.conclus.* Duar.& Donell. *in l.101.de V.O.*

3 Vendi possunt omnes res corporales & in corporales *a*,res nostræ *b* & alienæ *c*, modò in ho minum sint commercio *d*, nec specialiter à leg sint prohibitæ *e*.

a) Sive universales sint, ut hereditates; sive particulare ut servitutes,*l.si aquæductus 47.h.tit. l.necessariò 8.§.fin.d peric.& com.rei vend. l.arborib.12. §.usufructuarius 2.l.n utitur 38.ff.de usufruct.* Actiones,*l.3.C.de her.vel act.ven* Reditus ceu census annui,vulgò widerkäufliche Zinse Nov *160.in pr.l.jubemus 14.§.sanè.C.de SS.Eccles.*Geil.*lib.2.ob n.10.& 7.obser.nu.4.* Covar.*resolut.c.7.n.2.*Gœdd.*consil.* Vasq.*lib.2.contr.cap.84.nu.31.* Mynf.*cent.1.obser.79.num* Niell.*disp.feud.3.thes.2.*& Dd.communiter teste Villalo *com.op. verb.annui reditus.n.103.* Disf.Hotom.*lib.2.obs.* & Salicet.*in Auth.adhæc.C.de usur.*Fachin.novissimè *lib. contr.c.43.* *b)* Quæ tamen emi non possunt,*l.sui 16.ff.h. l.4.Cod.eod.neq; 45.ff.de R.Jur.* Sub conditione tamen quod nostrum est,emere possumus,*l.existimo 61.h.t.l.98. verb.obl.* c) *l.rem alienam.ff.h.t.l.exemto 11.§.& in prim 2.de action.emt.* d)Quales sunt res sacræ,religiosæ,sanct *l.9.§.ult.ff.de rerum divis.§.fin.Instit.h.tit. l.hanc legem 2*

l.si

one. §.1. ff. de contrah.emt. l. jubemus. Cod.de Deinde, res quæ in rerum naturâ non sunt, nec antur, l. nec emtio.ff.h.t.l.si duo 44. l.domum 57. ib.emt.l.1.ff.de hered.vel act.vend. l.si steriles 21. nt. & Liber homo, l.si Celsus 6.l si in emt. §.liberi 70.h.t.l.qui sciens 33.de liberal.caus.l.ult. quibus roclam. l.usucapionem.ff.de usucap. *e)* Veluti res aticæ, l.3. ubi Sichard & l.fin.Cod.de jure emphyt. b.9.comm.cap.14.vers.quoniam autem. Borch.de um.34.& 55. adeò ut emphyteuta, si eas sine conmini vendiderit, jure suo cadat, l.ult. C.de jure quod etiam tum procedit, si alio modo eas alienault. Fachin.lib.3.controv.c.97.& libr.4.contr.c.98. Andr.Geil.lib.2.observ.25.num.6. Borch.in comm. c.3.num.43.Donell.lib.9.comm.c.14.Connan.lib.7. .12.n.10.Bronch.cent.1.ass.80.in nov.edit. Feudales, lien.feud.c.1.de prohib.feud.al.per Frid.Borch.in tr. c.8.n.32.& seqq. Dn.Vult.lib.1.de feud.c.10.num.51. ent.6.obs.30.nu.35. & Schrad.in tr.de feud.part.9.c.1. & seqq. Ecclesiasticæ, cap.nulli liceat.cap.seq.c.ad noc.seq.ext.de reb.eccl.non alien. Nov.eod.l.jubemus 14. hoc jus porrectum. Auth.multò magis. Auth.item præ C.de SS.Eccles. Dotales, §.1. ubi Schneid.Mynf.Wes. quibus alien.licet.Mozz.in tr.de contract.colum.de reb. emi-vendi possunt.n.35.c.quamvis.de pact.in 6.cap.cùm ngat, extr.de jurejur. Auth.si qua mulier. Auth.sive à C.ad SC.Vellej. Res litigiosæ, l.1.§.1.quæ res pignor. vel l.1.§.1.l.fin. & Auth.si heres.C.de litigiosis. ubi Cujac. aratis. Arma Reipublicæ hostib.l.2.C.quæ res export.non Schneid.ad §.fin.Inst.de emt. & vend. Venena civibus, aliis materiis mixta, hominibus usui & salutaria sint, l. ad sæpè 35.§.veneni. ff.h.t.l.qui venenum 236. ubi Alc. & ech. ff.de verb.signif.

4 Constat igitur emtio - venditio tribus hisce substantialibus, consensu *a*, merce *b*, & pretio *c*. Quibus interdum accedunt arrhæ datio *d*, scriptura *e*, in diem addictio *f*, lex commissoria *g*, & pactum de retrovendendo *h*.

a) Qui primò liber esse debet, non metu dolóve extortus, *l.1. ff. quod metus causa. l.1. §. dolum. ff. de dolo.* alioquin ipso jure hic contractus nullus erit, si modò causam ei præbuerint metus & dolus, *l.7.* & ibi Costal. Mynſ. & Schneid. Donell. *ad §. actionum. Instit. de actio.* Cujac. *ad d.l.7. & ad l.36. ff. de V.O.* Bocer. *ad l.23. c.2. n.5. de R. Jur.* Duar. *ad l.36. ff. de verb. obl. & ibid.* Donell. Geil. *lib.2. obſ.2. num.6* Pinell. *ad l.2. part.1. c.1. n.32. C. de rescin. vend.* Bronch. *cent.1. ass.38. in vet. edit.* & prolixè hanc sententiam (*communem teste Zasio ad §. actionum. Inst. de actio.*) tuetur Dn. Gœdd. *in tr. de contrah. stip. c.3. concl.7. n.115. & multis seqq.* Diss. Coras. *in d.l.36. ff. de V.O. & lib.2. misc. c.8. n.4.* Robert. *lib.3. animad. c.1.2. & 4. lib.3. notar. ad notata mercatoris. c.1.2. & 4.* Ideo etiã liber consensus esse debet, quia nemo invitus rem suam distrahere tenetur, *l. invitus. C. h.t. l. nec emere. C. de jur. delib.* Bronch. *cent.2. assert.63. in nov. edit.* Deinde requiritur, ut sit perspicuus & clarus, alioqui contra venditorem fit interpretatio, *l. veteribus. ff. de pact. l. Labeo 21. cum l. seq. ff. de contrah. empt. l.10. C. de pact. conv. l. cùm in lege 33. l. ade 73. de contrah. emt. l.52. ff. locati.* Pacius *cent.2. quæst.7.* Hotom *lib.2. amicab. respons. c.10.* Cujac. *libr.1. obſ. cap.9. & 37. & in l. inter stipulantem. ff. de verb. oblig.* *b)* Hæc qualis esse debet, constat ex suprà dictis. *c)* Quod certum esse debeat arbitrio contrahentium vel aliorum definitum, *§. sed & certum. Instit. eod. l.7. §. hujusmodi. ff. eod. l. fin. C. de cont. emt.* Sed utrùm collato arbitrio tertii, boni viri arbitriũ electum censebitur? Affirmativam tuebimur cum Bronch. *cent.2. assert.50. in nov. edit.* *d) pr. Instit. h.t.* Quas is qui accepit duplicatas restituere tenetur, si à contractu necdũ perfecto recedere velit. Wes. *ad §.1. n.6. Inst. h.t.* quem novissimè sequitur Bronch. *cent.1. ass.58. in vet. ed.* Diss. Gomez. *libr.2. var. resol. c.2. n.18.* & Fach. *lib.2. contr. c.28.* *e) d. §.1. Inst. h.t.* *f)* Facta vel purè, ut allatâ meliore conditione, ab emtione recedatur; vel sub conditione, ut perficiatur emtio, nisi melior offeratur conditio, *l.1. & 2. & tot. tit. de in diẽ addict.* *g)* Quâ cavetur, ut nisi intra certũ diem emtor solvat, res fiat inemta, *l.1. & tot. tit. de l. commiss.* *h)* Quod est, cùm res eâ lege venditur, ut quocunque vel certo, vel præscripto tempore pretio oblato res restituatur, *l.2. C. de pact. inter emt. &*

dit. Duaren. *in comm. ad tit. de servit. export.* Co-
variar. resol. cap. 9. & c. 15. Fabianus de Monte *in*
t. & vendit. quaest. 7. Utrùm huic pacto possit
acerrimus est inter Dd. conflictus. Negativa su-
meræ Imperialis judicio confirmata est, quam &
nur, *per l. nec creditores. Cod. de pigner. act. l. 3. §. si*
il. edict. & argum. l. 2. ff. de viâ publ. Geil. *lib. 2. ob-*
.4. Cujac. *ad l. 3. de usucap.* Mynsing. *cent. 1. obs. 16.*
obs. 70. n. 21. Borch. *in comm. ad tit. usur. c. 13.* Fach.
cap. 13. Diss. Covar. *libr. 1. resol. 9.* Wes. *in paratit.*
d. vend. n. 6. & cons. 12. n. 3. Bronch. *cent. 2. ass. 26.*
lit.

mtionis & venditionis hoc modo contra-
ctus est, ut emtor ad solvendum pretium
ori *a*; venditor verò ad rem præstandam *b*
teneatur, adeò ut si rei tradendæ facultatē
, non liberetur præstando eo quod inter-
d quod compelli potest actione emti *d*, nisi
impediatur fortuito *e*.

l. 11. ff. de action. emt. b) *l. venditor. ff. de evict. l. ser-*
§. 1. ff. de act. emt. c) *d. l. 11. §. 2. l. 30. ff. de act. emt. l. 25.*
act. emt. §. pretium. verb. tradatur. Instit. eod. l. 6. C. de
l. 16. C. de rescin. vend. Paul. *lib. 1. sent. 13.* & ibi Cujac.
l. 1. ff. de pact. l. 2. si cert. petat. Bart. *in l. 9. nu. 21. eod. &*
ff. de V. O. n. 39. Bronch. *cent. 1. ass. 91.* Coras. *lib. 2. mi-*
3. n. 7. Costal. *in l. 1. ff. de act. emt.* Wes. *in parat. h. t. nu.*
lib. 6. conject. c. 17. Diss. Covarr. *2. variar. resol. 19. n. 1.*
lib. 1. varia. quaest. 9. Fach. *libr. 2. controv. c. 30.* d) *l. ex*
11. & t. t. ff. & C. de act. emt. e) Qui indistinctè ad em-
tem pertinet, *§. 2. Inst. h. t. l. emtor 5. §. mortuo 2. de rescin.*
l. 8. l. 11. de pericul. & comm. rei vend. l. Lucius 11. ff. de
l. 7. in pr. de pericul. & comm. rei venditæ. l. 1. C. eod. l. 10.
de Reg. Jur. l. si ex legati 23. & ibi Coras. *de V. O.* Anton. Fa-
lib. 2. conject. c. 4. Delrio *in l. 23. c. 9. ff. de R. Jur.* Vasquius
contr. c. 38. n. 23. Covarr. *libr. 1. resol. 15.* Bronch. *cent. 1.*
19. Diss. Cujac. *in tract. ad Africa. in l. 25. ff. locat.* Boecr.
l. 23. c. 4. nu. 7. de R. J. Et hoc regulariter verum, quod ad
em periculū spectet. Si enim venditio conditionalis

ſit,& res ante impletam conditionem pereat,periculum venditorem ſpectat; ſi deterior facta ſit, ad emtorem, *ceſſariò 8.in fin.pr.l.cùm ſpeciẽ 5. C.de peric.& com.rei v* Sic quoq; res vendita periculo venditoris eſt,ſi ex pacto in ſe receperit,*l.ſi in venditione 10. in pr.de peric.& com. vendit.*vel res dolo culpáve venditoris perierit,*l.13.§.1 action.emt.* vel ſi alternativa emtio & venditio inita ſit quo caſu alterius rei interitus ad emtorem,alterius ve venditorem ſpectat; & quidem prioris ad venditorem ſterioris ad emtorem, ſi diverſis temporibus perierint verò uno eodemq; tempore,pretium nihilominus deb *l.34.§.penult.ff.h.t.*

6 Diſſolvitur hic contractus propter la nem ultra dimidiũ juſti pretii ex beneficio no *l.2.C de reſcind.vendit.*quod locum quoq; hab emtore *b*, locatione, conductione *c*, venditi judicis decreto & autoritate factâ *d*, bonoru viſione *e*,re mobili & immobili *f*,ſive de juſ pretio conſtet læſo,ſive non *g*: non verò in t actione *h*, ut & tum,ſi lædens id,quod vero pretio, ſupplere ſit paratus *i*.

a) *l.2.C.de reſcind.vend.l.in cauſæ 16. §.idem Pom 4. ff.de minor.l.item ſi pretio 22.§.ult.& l.ſeq.ff.locat. part.1.l.2.cap.1.nu.3.& ſeq.C.de reſcind.vendit.*Diſſ. *lib.23.obſerv.cap.24.* qui veteribus Jureconſultis eti gnitum illud beneficium exiſtimat. *b*) Quia eaden tat in eo,quæ in venditore,ratio.Pinell.*in d.l.2.part.2 num.17.part.1.c.2.in pr.*Donell.*ad d.l.2.in pr.* Robert *animad.c.13.* Fachin.*lib.2.controv.c.16.* Diſſ.Cujac. *obſ.18.& lib.23.obſ.c.32.in parat.* C.*de reſcin.vendit.* linæus *in tract.de uſur.* c) *argum.l.1.ff.locati.& pr.I* Robert.*lib.2.animad.c.14.*Donell.*ad d.l.2.C.de reſci dit.* Pinell.*part.1.d.l.1.c.3.n.13.& ſeqq.* d) *l.ſi quidem prædiis minor.* Gomez.*lib.2.var.reſolut.c.2.nu.22.*M *lib.2.præſumpt.75.n.34.*& Fachin.*lib.2.controv.c.20. ad d.l.2. num.20.21.& 22.* C.*de reſcind.vendit.* e) *ad d.l.2.part.2.c.1.n.1.& ſeqq.* f) *per d.l.2.*ubi Gloſſ.&

t.2.c.2.n.17.Robert.*lib.2.c.2.n.17*.Robert.*lib.2.* :.Diss.Cujac.*lib.2.notar.c.12.* g) cum Pinell.*ad* .n.11.*& seqq*.Fach.*lib.2.contr.c.20*.Diss.quidam *is.C.de rescin.vend.l.quod quis suâ culpâ.ff.de R.* *ucius 78.§.ult.ff.ad SC.Trebell.*Geil.*2.observ.70.* *d.l.2.n.22.* Diss.Mynf.*cent.1.obs.33.* Pinell.*in l.2.* *.vend.part.1.c.4.n.14*.Fachin.*lib.2.controv.c.26.* *oris pretio 2.C.de rescin.vend.*

DISPUTATIO VI.

E SOCIETATE CONjugali.

Respondente

CUNONE CHRISTIANI Wedano.

cietas duplex est *a*: una rerum *b*, altera vitæ, uæ societas *c* conjugalis *d* dicitur: & est conio *e* bonæ fidei *f* de consortio omnis vitæ *g* marem & fœminam *h*.

) Hugo Donellus *lib.13.comment.cap.15.in princ.* *b*) ea jus verbo generis simpliciter societas appellatur, de *tit.ff.C.& Instit.pro socio seu de societate.* *c*) *l.1.ff.de* *rum amot.l.1.ff.de rit.nupt.l.si rerum 52.ff.de re judic.* ell.*d.loc.*Althus.*lib.1.Jurispr.c.38.* *d*) à conjugio quod um maximè conjunctionis vinculum exprimit. Habet metaphoram ductam à jugo, quo junguntur boves: ell.*dict.lib.13.cap.18.pag.195.in princ.* *e*) *princ.Inst.de* *l.nuptias 30.ff.de R.Jur.l.cui fuerit 15.ff.de cond.& de-* *nstr.* Cynus *in l.2.C.de sponsal.& in l.3.Cod.de lib.exhib.* endorp.*class.4.act.26.* Donell.*d.cap.18.pag.193.& c.21.* *princip.& pag.sequente.* Wesenbec.*ad §.1.Inst hoc titulo.* *c.in paratit.C.de nupt.* Diss.vulgò Doctores, quos seuntur Ægid.Hortensius *in comment.ad princ.Inst.de nupt.* argumento *§.28.& 29. Inst.de act.* *g*) *l.1.ff.de rit.nupt.*

id est, totius vitæ. Donellus *dict.cap.18.pag.194.* h) His verbis removetur primò polygamia, damnata Jure divino, *Genes.3.vers.24. Levit.18.* ubi Franciscus Junius. *Matth.19. versu 5. 1.Corinth.7.vers.2.* Canonico, *cap.gaudemus.de divort.& cap.nupt.32.quæst.1.* & Civili, *§.6. Inst.hoc tit. l.1. l.13.§.1.ff.de his qui notant.infam.l.2.C.de incest.nupt.l.7.C. de Juda.* ubi Gothofred. *l.18.C.ad l.Jul.de adult.* Novell. *cap. 5. vers. sicut enim quis legitima uxori conjunctus* ubi Cujacius, Beza *toto tract.de polygamia.* Petrus Mart. *class 2. loc. comm.10.* Danæus *2. Ethic. Christian. cap.14* Donellus *dict.cap.18. pag.193. & cap.19.pag.198. in princ.* deinde improbatur iisdem verbis horrenda illa hominum cum brutis conjunctio, *Levit.cap.18. vers.23.* Porrò excluditur etiam detestanda illa & fœdissima marium vel fœminarum inter se conjunctio, de quâ Apostolus Paulus *Roman. cap.1. vers.26. 27.* Gothofredus *ad l.1. ff.de ri. nupt.*

2 Ut hæc societas ritè & secundùm præcepta legum fiat & contrahatur, duabus in rebus positum est, in personis contrahentium idoneis, & legitimo contrahendi modo. In personis id regulare est, ut societatem conjugalem contrahere possint omnes, qui jure vel lege contrahere prohibiti non sunt. Prohibuit autem lex ob naturalem aliquam rationem, atque ita lex & natura simul, vel ob rationem aliquam civilem, atq; ita lex sola. Lege & naturâ simul prohibentur, quos vel necessitudo conjunxit, vel impedit aliquis animi vel corporis defectus *a.* Necessitudo est vel cognatio vel affinitas.

a) Vultej. *lib.1.Jurisprud.cap.18.* Dissentit Hugo Donellus *dict.lib.13.cap.19.* personas societatem hanc conjugalem contrahere prohibitas non satis commodè & lo... distinguens.

3 Cognatio est necessitudo, propagatione personarum ex eodem sanguine continens *a.*

erantur linea & gradus. Linea est col-
natorum, quâ ipsi cognati seriatim
ır, & invicem numero distinguuntur *b*.
cta, vel obliqua. *c*. Recta continet
es, id est, parentes; & descendentes, id
d. Obliqua *e* linea continet personas
:s, quæ me per latus parentum, fratrum
ım attingunt, hoc est, quæ neque nos
:runt, neque à nobis sunt progenitæ *f*.
ırsus linea obliqua, vel æqualis, vel in-
Æqualis est earum personarum, quæ iis-
libus à communi stipite (is est, à quo plu-
:ndunt vel mediatè, vel immediatè) di-
næqualis est eorum, qui non æqualiter à
ni stipite distant, sed eorum, de quorum
ione quæritur, unus communi stipiti pro-
st, alter ab eo remotior. Gradus *g* est
ximo in proximum cognatum transitus.
s igitur generatio gradum adjicit Jure
h. Id quod hac vulgatâ Juris Civilis regulâ
profertur: Tot sunt gradus, quot genera-
s *i*.

l.10.§.1.l.4.§.1.ff.de gradib.l.1.§.1.ff.und.cogn. b) Co-
.in epit.in libr.4. decretal. part.2. cap.6. §.6.num.4.
in prin.ff.de gradibus. d) *§.1.Instit.de gradibus.d.l.1.in*
c) Eodem sensu linea transversa dicitur ex eo, quòd,
de cognatione aliquorum est quæstio, primùm o-
um in linea recta quærendus est stipes proximus u-
e, & ab hoc communi stipite transversim & quasi ad
cundum, ut ita intelligatur, quænam inter utrumque
n sit cognationis ratio. Vultejus *libr.1.Jurisprud.cap.8.*
n.60. f) *dict.l.1.l.9.l.10. ff.de gradibus.* g) dictus ita à
litudine scalarum aut locorum proclivium, quos ita
edimur, ut à proximo in proximum, id est, in eum, qui

quasi ex eo nascitur, transeamus, *dict. l.10. §.10. ff. de grad.* h) *§.7. Inst. de grad. d. l.10. §.9. ff. eod.* Quod tamen ita intelligendum non est, ut, si cui plures filii filiæve nascantur, quamque personam natam gradum adjicere putemus, sed totam illam primam generationem patri in proximo gradu esse; sic omnes simul nepotes, etiamsi variæ generationes sint, avo in secundo gradu esse, cùm filiorum unus non distet remotiùs à patre quàm alter, nec nepos unus quàm alter ab avo. i) *dict. §.7. Instit. de grad. d. l.10. §.9. ff. eodem.* Quidam hanc regulam paulò aliter efferunt, quòd nempe tot sint gradus, quot personæ dempto stipite. Schneid. *ad t. de nupt. Instit. in tract. de Arbore civili, pag. mihi 43.* Vultej. *d. lib.1. Jurisprud. cap.8. num.64.* Et rectè; ex sententiâ Eliæ Roberti *in disput.2. ad Inst. coron.1.* Dissentit Borch. *in tract. de grad. pag.9. & 10.* Jure Canonico alia gradus computandi ratio introducta est. Nam eo Jure licet in ascendentium & descendentium ordine generatio personæ gradum similiter faciat, in ordine tamen transverso æquali, quoto gradu alteruter cognatus à communi stipite distat, eodem etiam gradu ab altero cognato, de cujus cognatione quæritur, distare traditur. Unde duo fratres vel sorores, aut frater & soror, Jure Canonico distant primo gradu, duo patrueles secundo. In ordine verò sive lineâ inæquali, quoto gradu remotior cognatus à communi stipite distat, eodem etiam gradu, Jure Canonico, distat ab eo, de cujus cognatione quæritur. Unde frater à fratris filiâ distat gradu secundo. Nam fratris filia, quæ remotior est à communi stipite, ab eodem distat secundo gradu. Item filius meus distat à fratris mei pronepote gradu tertio. Pronepos enim à communi stipite distat gradu tertio, *cap. ad sedem. §. namq; dno 35. quæst.5. cap. quod dilectio. cap. ult. extra de consanguinitate.* Covarr. *in epit. in lib.4. decretal. part.2. cap.6. §.6. n.7.* Verùm nihil absurdius computatione hac canonicâ excogitari potuit, utpote quæ patrem & fratrem, patruum & patruelem eodem gradu nobis conjungat, atque ita ex duobus gradibus unum efficiat. Ex hac enim computatione ducere possem, quam nec divino, nec humano Jure habere liceret, uti latè demonstrant Beza *in tractatu de divort. pag.13. cum aliquot sequentibus.* Hotomannus *de castit.*

nupt.

t.1. *capite 3.* Albericus Gentil. *disputat. de nupt.* .6.7. *& seqq.* Elias Robert. *d. disput. 2. ad Institut.* Matthias Stephani *in tract. de jurisd. lib. 3. part. 1. c. 3.* *seqq.* Diss. Canonistæ & Pontificii, inter quos no- Robertus Bellarminus Cardinalis in controversiis ol. loco de sacramento Conjugii, quorum opinioni frustra fulcrum supponere conatur Francisc. Duar. *sol. matr. pag. mihi 247.*

In linea recta societas conjugalis in infini- est prohibita *b.* Quod adeò verum est, ut e ii, qui per adoptionem, atq; ita Civili dun- Jure, parentum liberorumque loco sibi esse rint, societate conjugali jungi possint, etiam- culum adoptionis sit dissolutum *c.* In linea qua inter eos, qui sibi invicem sunt loco pa- um & liberorum, societas conjugalis itidem rohibita *d,* veluti inter patruum & neptem ex re, inter avunculum & neptem ex sorore, in- amitam & nepotem ex fratre, inter materte- n & nepotē ex sorore, atq; ita deinceps *e.* Quod em est in cognatis ex adoptione *f.* Inter cæteros tem collaterales cognatos *g* ad tertium usque adum inclusivè est prohibitio *h.*

4 Ob defectum rerum, quas testamenti facti requirit, testari nequeunt, quibus judicium mentis *a* & facultas voluntatis declarandæ *b* d[...] est. Judicium autem mentis deest iis, qui ani[mi] morbo laborant, mente capti, furiosi *c*: Qu[i]bus post interdictionem bonorum similes sun[t] prodigi *d*, impuberes *e*. Ob voluntatis declarandæ defectum, testari nequit surdus, mutu[s] ita natus *f*: sin ita factus, olim non potuit, ni[si] peritus literarum id à principe impetrasset, hodie etiam sine ulla impetrandi necessitate potest *g*: Surdus tantùm, aut mutus tantùm, si[ve] ita natus, sive factus, olim non poterat *h*, n[isi] id impetrasset à principe *i*; hodie tamen cit[ra] ullam impetrationem potest, modò surdus articulatè loqui, & mutus scribere possit *k*. Cæ[...]

verò & olim potuit *l*, & nunc etiam rectè testatur eo modo, quem præscripsit Justinianus *m*. Ob delictum specialiter testari prohibentur, qui contraxerunt incestas nuptias *n*, usurarii manifesti, nisi præstitâ cautione de usuris iniquè extortis reddendis *o*, hæretici eorumque receptatores, si intra annum excommunicationis satisfacere contempserint *p*, item qui jure improbi intestabilesq; esse jubentur *q*.

a) Quia testamentum est testatio mentis, *in pr. Instit. de testam. ordin.* *b)* Quia testari nihil aliud est, quàm voluntatem suam linguâ vel scripto edere, quod definitio testamenti, superius proposita, satis monet. Bona autem, de quibus quis testetur, etsi omnino ad testamenti factionem requirantur, tamen non ea ita hîc, ut res reliquæ, quas testamenti factio desiderat, in considerationem veniunt. Fit enim interdum, ut, etiam qui bona habent, testari tamen non possint. Videre id licet in iis, qui deportati, & hodie ex *Novell. 22.* in metallum damnati, post condemnationem de novo acquisiverunt. Idem videre licet in illis bonis adventitiis, in quibus solida proprietas filio acquiritur, de quibus thes. præced. dictum est. Quod igitur Ulpianus in *fragment. tit. 20.* inquit, filiumfamil. propterea non posse testari, quia nihil suum habeat, Duarenus non usque adeò verum esse asserit. Alioqui enim secuturum, patre permittente filius testari posset. *c) §. præterea. Instit. h. tit.* & ibi Interpp. communiter. Vigl. *num. 1. 2. 3.* *§. item prodigus. Instit. hoc. tit. l. 18.* & ibi Cujac. *ff. h. tit.* Prodigis autem interdici bonis non ipso jure vel lege, sed magistratus decreto, communis est Dd. & probabilis sententia, *gl. ad l. 1. ff. de curat. furios.* Cujac. *ibid. & ad l. is cui bonis 6. ff. de verb. oblig.* Viglius, Baro, Wesenb. *ad §. item prodigus 6.* Connan. *lib. 1. com. cap. 4. num. 11.* Balduinus *ad legem. LL. 12. tab.* Brisson. *lib. 5. formul. solen. pop. Rom.* Botch. *ad d. §. item prodigus. & ad d. l. 6. ff. de verb. oblig.* Gœdd. *in tract. de contrah. stipul. cap. 7. concl. 10. num. 141. & seqq.* Disc. Donell. *ad d. l. 6. ff. de verb. obl. & lib. 3. com. c. 19.* Fach. *lib. 2.*

controv.cap.63. Arumæ. *disput.12.ad Inst.Exer.7.lit.a.* e) *l.à qua ætate 5.l.si filiusfam.l.si pater 4.C.h.tit.d.§.præterea.Instit.hoc tit.* f) Quia præterquam quòd testes rogare & audire nequeat, nec scripto nec voce suam volumtatem declarare potest. *l.discretis.C.hoc tit.* g) *d.l.discretis.* Olim etiam surdum, mutum ita factum, à principe literis id impetrare potuisse verisimile est, *ex l.mutus 7.ff. hoc tit.* Quæ licet de muto tantùm, vel surdo tantùm loquatur; nihil tamen obstat, quò minùs etiam surdo muto id literis petenti permittere possit princeps si velit; ut qui militi etiam omnes solennitates remittit. Quinimò Duaren. *fol.319.* etiam surdum mutum naturâ ex rescripto vel dispensatione principis testari posse asserit. Sed quomodo princeps testandi facultatem ipsi tribuet, quam natura denegavit? *l.3.ff.de usufr.§.2. Instit.de usufr.* h) Quia nec surdus testes audire, nec mutu[s] eosdem audire & rogare poterat. Sunt enim accersendi testes & rogandi ab ipso testatore. *l.27.in princ.& §.penultim. ff.hoc tit.& ibid.* Cujac. i) non autem impetrare poterun[t], nisi vel surdus voce vel scripto, vel mutus scripto, Princip[i] preces & voluntatem suam insinuassent. Neque enim princeps aliter testandi indulget privilegium, quàm de testan[]tis constet voluntate. *§.planè. Institut.de milit.testam.* Parum igitur considerate Accurs. & Dd. *ad d.l.discretis.* scripserunt, mutum etiam literarum imperitum, posse à principe impetrare testamenti factionem, nutu & gesticulationibus suis, quibus tamen ipsis nihil est incertius, & ad voluntatem certò significandam ineptius. Eodem errore voluit Jason, militem surdum & mutum ex casu etiam, si literas nesciat, testari posse, non quidem jure communi sed privilegio militari, *per §.quinimò.Institut.de militar.testam.* sed non consideravit Jason rationem, *d.§.quinimò.* Cùm enim jure veteri ante Justiniani constitutionem surdus ve[l] mutus non possent testari, nisi id specialiter hic scripto, il[]le voce vel scripto à principe impetrassent, militibus surdis vel mutis etiam absque speciali principis rescripto licebat, si utique ultimam suam voluntatem voce vel scripto certò declarare possent, Vigl. *ad d.§.quinimò, & ad §. item surdus.Instit.hoc tit.* Connan. *lib.9.comm.cap.4.num.8.* Duaren. *ad hunc tit.ff fol.319.* Dissent. Bocer. *de jure pugn[] fol.80.*

fol.86.& seqq. k) Quanquam autem natura surdi plerumque etiam sint muti, teste Plinio *lib.10.cap.69.* tamen juxta, Jubentio Celso auctore, nemo est, qui penitus non exaudiat, si quis supra cerebrum ejus loquatur, meritò iis, si articulatè loqui norint, testandi facultas indulgetur, *d. l. discretis.* Dissent Conan. *d. lib.9. cap.4. num.8.* l) Paul. *lib.3. sentent.cap.4. & ibi* Cujac. m) *§.cæcus. Instit.hoc tit. & ibid.* Vigl. aliique interpretes communiter. n) *l.si quis incestum auth sequenti.C.de incest.nupt.* Quæ autem sint incestæ nuptiæ, eleganter tradit Cujacius *ad Novell.12.& lib.8.observ.28.& in paratit.C.d.tit.* Quem sequitur Vultejus Jurispr. Roman. *lib.1. cap.19.* o) *c.quanquam.extr.de usur.in 6.* Quæ autem usuræ, & quatenus sint damnatæ, vide apud Carolum Molinæum *de usur.num.9. & seqq. & n.528. cum seqq.* Obiter hic quæritur, an improbus usurarius seu fœnerator etiam criminaliter extra ordinem judicis arbitrio puniri possit? Affirmativæ sententiæ rationes sunt probabiles: Prima ratio est, quòd improbi fœneratores dolosè agunt, exigentes quod sibi non debetur, atq; ita in stellionatus crimen incidunt. *l.3. ff stellionat.* Secunda ratio est, quòd improbus fœnerator adversus legum præcepta facit, dum graviores usuras exigit, quàm lex permittit, & propterea inobedientiæ pœnam incurrit, & judicis arbitrio punitur. Menoch. *2.arbitr.jud.quæst.398.* Tertia ratio est, quòd pro quolibet delicto privato, ratione interesse publici ad pœnā extraordinariam proceditur. *l.ult.ff. de extraord.crim. l.licitatio.§.quod illicitè.ff.de publ.* Hæ rationes adferuntur à Rolando à Valle *in consil.75.in 1.vol.* Cravet. *consil.6.num.104.* Menoch. *arb.jud.quæst.lib.2.cent.4 cas.398.* ita etiam traditum est à Jacob. Butrigario *in l.improbū. C.ex quib.caus.infam.irrog.* Ejusq; sententiam & opinionem consulendo defendit Corneus *lib.3.cons.14.* Covar. *lib.2.var.resol.c 3.nu.2.* Idem *in epit.de spons par.2.c.6.in initio n.17.* Johan. Bapt. à S. Severin. *in l.cunctos populos.C.de sum.trinit.* Jul. Clarus *lib.5. sent.§.usura.ver. & ex hoc.* Borch. *in tract.de usuris c.5. n.9. 10.& 11.* Molinę *in tract.de usuris. nu.156.* Licet ergo Baldus *in l.improbum. C.ex quibus caus. infam.irrog.* velle videtur, improbum fœneratorem non puniri criminaliter, & Baldi sententiam Cravetta, *consil.6.num.101. & seq.* ex parte de-

fendere videatur, à nostra tamen sententia non recedimus. p) *l.4. cum duabus seqq. Auth. C. de haret. & Manich.* Excommunicati tamen, quia in Jure prohibiti non reperiuntur, testari possunt. Duar. *ad h.tit.ff.fol.320.* q) *l.15. cui lege 18.§.fin.ff. h.tit.* Intestabilis autē JCtis dicitur, qui nec testimonium aliis, nec cui alii testimonium dicere possunt, *l. cum lege 26.d.t.* Quia igitur testimoniū ei perhiberi nequit ab illis testibus, per consequentiam tantùm & quasi per accidens à factione testamenti, quod absque testibus fieri nequit, excluditur. Connan. *lib.9.com.c.3.n.2.* doctè & eleganter Vigl. *ad §.possunt.Instit.de test. ordin.* Aliter tamen hanc vocem accipit Theophilus, *d.§.possunt.* cui tamen contradicit Don. *d.lib.6. c.5.* & Eguin. Baro *ad d.§.* Præter unum autem hunc casum, plures, ob quos quis intestabilis fiat, esse negat Vigl. *d.loc.* Donell. *d.lib.6.cap.7.* nisi forte addere placeat hæresin ex *l.44.C.Theodos.de his qui sup.relig.cont.*

5 Atque hæc hactenus de personis *a* quæ testari possunt; dispiciendum nunc de modo testandi, qui de jure civili duplex est. Licet enim & fide publicâ testari & privatâ *b*. Unde etiam non incommodè testamentum aliud dici potest publicum, aliud privatum *c*. Publicum fit duobus modis. Aut enim testator ultimam suam voluntatem libello supplici consignatam principi offert, eamque omnibus proceribus, & qui in consistorio sunt principis, audientibus recitatam in scrinia ipsius referri petit: aut eandem palàm coram judice, vel municipibus apud acta declaratam, vel priùs scripto comprehensam, quam suam esse testetur, in acta referri petit *d*. Privatum quoque testamentum duplex est, solenne, aut privilegiatum.

a) In quibus singulis illud in commune statuendum si quæ ob prædictarum causarum aliquam, eam tamen quæ bonis testatoris & personæ statu salvis contingit, testari nequeant, inspiciendum esse tempus, quo testamentum fa-

n faciunt,non quo decedunt. Etsi enim decedentes in
sint statu,ut testari possint, testamentum tamen antea
n rectè factum minimè convalescit. *l. si fi iussam.19. ff.*
tit.§.praeterea.Instit.quibus non est permiss.fac.testam.l.1.
exigit prator. ff. de bon.poss.secund. tab.l.1.ff.de reg.Caton.
quod initio.l.qua ab initio.ff.de Reg.Jur. Donell.*d.lib.6.c.5.*
contrà si testamenti factionem habuerint testamenti fa-
ci tempore,testamentum rectè factum non infirmatur,li-
t in aliquam suprà dictarum causarũ inciderit.*l.15.ff. hoc*
. & §.praeterea.in fin. Instit.quibus non est permiss.testam.
c.d.l.1.v.exigit.v.sed si filius. ff. de bonor.poss. secund. tab.
uaren.d.loc. b)*l.omnium,& ibi gloss.C.hoc tit.*Donell.*lib.*
em.c.6. c)Quemadmodum scil.reliqua instrumenta vel
stimonia dicuntur publica vel privata,quòd publicâ fide
nt.*l.5.C.de privat.l.in donat.verb.publica monumenta.C.*
*donat.*Wesenb.*in par.ff. de fide instrum.num.2.* Sic etiam
ulus *lib.5.sent.cap.25.* publicos vel privatos contract⁹ di-
t.Vide & Duar.*lib.1.anniversf.disput.c.30.* d)*d.l.omnium.*
onell.*d.l.omnium.* & non minorem vim haberent quàm
tera monumenta publica. *l.ult. C. de re judic.* & proinde
q; in his,quod tamen pleriq; volunt,testes alii desideran-
t.*d.l.in donationibus.C.de donat.*Donell.*d.loc.*Mynf.*cent.*
.observ.29. & Vigl. *ad §.ult. num.5. & seqq. Instit. hoc tit.*
Mollet.*lib.1.semest.c.5.*Wesenb.*in notis ad Schneid. de solen.*
testam.num.18.Instit.hoc tit. Fachin.*lib.6.controv.cap.86.*Si
men dubitetur,an preces illæ etiam secundùm volunta-
m defuncti principi sint oblatæ,duobus id testibus proba-
debet,*d. l. omnium. vers. nec institutus.* Cæterùm putat
arus *lib.3.sent.§.testamentum.quaest.56.* principi ita insi-
ari posse testamentum,etiam nudâ voce absq; scripto,si
uobus tantùm id probetur testibus,sed vix tenor verbo-
m *d.l.omnium.*id admittere videtur.

6 Solenne Testamentum est, in quo omnes
uris civilis solennitates sunt observatæ. Atque
hoc, quia proprium est paganorum *a*, rectè
etiam dicitur paganum, ab iisque sæpiùs peragi-
tur scripto. Unde scriptum dicitur *b*, interdum
quam sine scripto voce tantùm nuncupatur, &

dicitur nuncupativum *c*. In teſtamento ſolenni ſeu pagano, cum ſcriptis conficitur, tria hæc conſideranda ſunt. Primò ipſæ perſonæ teſtium, qui nimirum, quot & quomodo rectè adhibeantur. Secundò teſtatio & declaratio voluntatis teſtatoris. Tertiò ipſum factum vel conteſtatio teſtium *d*. Teſtes autem adhiberi poſſunt regulariter omnes, cum quibus eſt teſtamenti factio, hoc eſt, qui ex teſtamento capere poſſunt *e*.

a) *l.ult. C. de inoff. teſtam.* b) *§.fin.Inſtit.hoc tit.* c) *d.l. hac conſultiſſima.§.per nuncupationem.C.hoc t.* Weſenb. *in par.h.t.num.7.* d) Donell.*d.loc.c.7.& 8.* e) *§.teſtes autem. Inſtit.hoc.t.& ad eum* Vigl.*l.filius 16.ff.h.t.* Theophilus tamen *ad d.§.teſtes*, quem ibid. ſecutus videtur Hotoman. his verbis, *Cum quibus eſt teſtamenti factio*, etiam intelligi putat eos, qui teſtamentum facere poſſunt: ſed illam interpretationem & ipſa orationis neceſſitas, *d.§.teſtes.* refellit, & addita in continenti exceptio. Quæ enim in *d.§* exceptæ ſunt perſonæ, ne teſtes eſſe poſſint, illæ omnes ex teſtamento capere poſſunt, at non omnes teſtari. Neque enim verum eſt, quod *gl. ad d. l. is cui 6. in fin.* & D. communiter volunt, inteſtabilem ex teſtamento capere non poſſe. Dicit enim Ulpian. *in d. l. is cui*, inteſtabilem teſtamentum facere non poſſe, nec ad teſtamentum adhiberi teſtem, non addidit, nec ex teſtamento capere poſſun. Ideoque cùm id nullâ lege expreſsè poſitum ſit, tanquam odioſum ultra legis præſcriptum non eſt extendendum *c.odia.de Reg.Jur. in 6.* Non juvat autem illorum ſententiam, quòd dicant, teſtes ei, qui eſt inteſtabilis, teſtimonium perhibere non poſſe, cujus vi ex teſtamento capiat. Teſtes enim hujusmodi, non heredibus aut legatariis, quos ſæpiſſimè neq; viderunt, neq; norunt unquam, ſed ipſi teſtatori cui adſunt, & à quo ſunt rogati, dicunt teſtimonium, Co. eleganter *d.lib.9.cap.3.num.2.*

7 Excipiuntur à prædicta regula, & teſtes e[...]

proh

prohibentur, quidam naturâ, quidam lege *a*. Naturâ prohibentur, qui vel non intelligunt quid agatur, animi morbo aut infirmitate judicii impediti, ut furiosus, is cui bonis interdictum est, impubes; aut percipere nequeunt quid fiat, ut surdus, mutus, cæcus, *b*. Lege prohibentur quidam esse testes in totũ, & in omni testamento, quidam ob privatas & peculiares causas, in id tantùm testamentum, de quo agitur incidenter *c*: in totum prohibentur servi, deportati, mulieres, item quos Leges jubent esse improbos intestabilesque *d*, publico judicio damnati, imò rei *e*.

a) Donell *d. loc.* b) *d. §. testes autem. & ibi Interpp. communiter.* Donell. *d. lib. 6. cap. 7.* Adde Wesenb. *in par. ff. de testam. num. 3.* Mutum tamen & surdum hodie eâdem distinctione, quâ ex constit. Justiniani testari possunt, etiam testes esse posse, aliquot argumentis contendit Reuberus *in tract. de testibus.* Sed quia olim hi ipsi testes esse non potuerunt, neque id expressè jure mutatum sit, periculosum fuerit, hanc testimonii perhibendi facultatem contra jus vetus illis indulgere, argumento *l. præcipimus. in fin. C. de appellat.* Neque verò is favor, ob quem Justinianus prædictis personis testamenti factionem concessit, versatur etiam in testimonio perhibendo. Plus enim est testari quam testem esse. Si quis in ea causa est, ut testari possit, facilè testes reperiet. Cæcus autem, quia testatorem videre non potest, nec subscribere nec sigillum recognoscere, meritò non adhibetur. Donell. *d. loc.* Bald. *ad §. testes. Instit. h. t.* Duar. *ad tit. ff. de his qui testam. fac. poss.* Gothofr. *ad l. 9. C. hoc tit.* *c*) Donell. *d. loc.* Vultej. *Jurispr. Roman. lib. 1. cap. 73.* *d*) *d. §. testes. Instit. h. t. d. l. qui testamento. §. 5. & seqq. l. is cui* [...]*is 18. in fin. ff. h. t.* Deportati autem expressè quidem jure non sunt prohibiti, sed tacitè, dum scilicet pro mortuis & nullis, quo ad jus civile, habentur. *l. quod attinet. l. antepenult. ff. de R. J.* Mulieres verò non tam ob sexus imbecillitatem & inconstantiam prohibentur, quàm quòd

dicitur nuncupativum *c*. In testamento solenni seu pagano, cum scriptis conficitur, tria hæc consideranda sunt. Primò ipsæ personæ testium, qui nimirum, quot & quomodo rectè adhibeantur. Secundò testatio & declaratio voluntàtis testatoris. Tertiò ipsum factum vel contestatio testium *d*. Testes autem adhiberi possunt regulariter omnes, cum quibus est testamenti factio, hoc est, qui ex testamento capere possunt *e*.

a) *l.ult. C. de inoff. testam.* b) *§.fin.Instit.hoc tit.* c) *d.l hac consultissima.§.per nuncupationem.C.hoc t.* Wesenb.i par.*h.t.num.7.* d) Donell.*d.loc.c.7.& 8.* e) *§.testes autem Instit.hoc.t.& ad eum* Vigl.*l.filius 16.ff.h.t.* Theophilus ta men *ad d. §.testes*, quem ibid. secutus videtur Hotomar his verbis, *Cum quibus est testamenti factio*, etiam intelli gi putat eos, qui testamentum facere possunt: sed illa interpretationem & ipsa orationis necessitas, *d.§.testes.* r fellit, & addita in continenti exceptio. Quæ enim in *d.* exceptæ sunt personæ, ne testes esse possint, illæ omn ex testamento capere possunt, at non omnes testari. N que enim verum est, quod *gl. ad d. l. is cui 6. in fin.* & D communiter volunt, intestabilem ex testamento cape non posse. Dicit enim Ulpian. *in d. l. is cui*, intestabile testamentum facere non posse, nec ad testamentum adh beri testem, non addidit, nec ex testamento capere possu Ideoque cùm id nullâ lege expresè positum sit, tanqua odiosum ultra legis præscriptum non est extendendu *c.odia.de Reg.Jur. in 6.* Non juvat autem illorum senten am, quòd dicant, testes ei, qui est intestabilis, testimoni perhibere non posse, cujus vi ex testamento capiat. Tes enim hujusmodi, non heredibus aut legatariis, quos sæ simè neq; viderunt, neq; norunt unquam, sed ipsi testato cui adsunt, & à quo sunt rogati, dicunt testimonium, C elegauter *d.lib.9.cap.3.num.2.*

7 Excipiuntur à prædicta regula, & testes e

pro

rohibentur, quidam naturâ, quidam lege *a*. Naturâ prohibentur, qui vel non intelligunt quid agatur, animi morbo aut infirmitate judicii impediti, ut furiosus, is cui bonis interdictum est, impubes; aut percipere nequeunt quid fiat, ut surdus, mutus, cæcus, *b*. Lege prohibentur quidam testes in totū, & in omni testamento, quidam ob privatas & peculiares causas, in id tantùm testamentum, de quo agitur incidenter *c*: in totum prohibentur servi, deportati, mulieres, item quos leges jubent esse improbos intestabilesque *d*, publico judicio damnati, imò rei *e*.

a) Donell *d. loc.* b) *d. §. testes autem. & ibi Interpp. com*muniter. Donell. *d. lib. 6. cap. 7.* Adde Wesenb. *in par. ff. de* ... *num. 3.* Mutum tamen & surdum hodie eâdem dictione, quâ ex constit. Justiniani testari possunt, etiam testes esse posse, aliquot argumentis contendit Reuberus *tract. de testibus.* Sed quia olim hi ipsi testes esse non poterant, neque id expressè jure mutatum sit, periculosum fuerit, hanc testimonii perhibendi facultatem contra ... illis indulgere, argumento *l. præcipimus. in fin. C.* ... *appellat.* Neque verò is favor, ob quem Justinianus prædictis personis testamenti factionem concessit, versatur ... in testimonio perhibendo. Plus enim est testari ... testem esse. Si quis in ea causa est, ut testari possit, ... testes reperiet. Cæcus autem, quia testatorem videre non potest, nec subscribere nec sigillum recognoscere, meritò non adhibetur. Donell. *d. loc.* Bald. *ad §. testes. Instit. h. t.* ... *ad tit. ff. de his qui testam. fac. poss.* Gothofr. *ad l. 9. C.* ... c) Donell. *d. loc.* Vultej. *Jurispr. Roman. lib. 1. cap. 73.* ... *§. testes. Instit. h. t. d. l. qui testamento. §. 5. & seqq. l. is cui* ... *18. in fin. ff. h. t.* Deportati autem expressè quidem jure non sunt prohibiti, sed tacitè, dum scilicet pro mortuis & nullis, quo ad jus civile, habentur. *l. quod attinet. l.* ... *penult. ff. de R. J.* Mulieres verò non tam ob sexus imbecillitatem & inconstantiam prohibentur, quàm quòd

indecorum esset & inconveniens, illas in publicos virorum congressus, in quibus olim testamenta fiebant, venire, *ar gumento l. si maritus. C. de procurat. l. 2. ff. de Reg. Jur.* Con nan. *d. loc. cap. 4. num. 3.* Vigl. Hotom. Wesenb. *ad d. §. teste.* Vultej. *d. loc.* Licet autem testamenta hodie non fiant am pliùs in conventibus publicis, tamen cùm etiamnum cer tus testium, & quidem non fortuitò præsentium, sed roga torum, requiratur numerus, meritò adhuc antiqua reman sit in mulieribus legis prohibitio, adeò ut ne in Codicilli quidem & mortis causâ donatione testes esse posse, pleriq statuant, cùm utrobique quinque requirantur testes. *§. pe nult. Ir. stit. de codicill. ult. C. de donat. mort. caus.* Connan. *a lib. 9. c. 3. n. 3.* Reuber. *de testib. pag. mihi 80. & seqq.* Contra rium quò ad codicillos & mortis donationem, recepit com munis opinio, quam utpote veriorem approbavi jamdu dum *in disput. illustr. controv. disput. 11. quæst. 22.* ibidem i fine docui eadem de causa mulierem in testamento minù solenni testem esse posse, veluti in testamento militari, inte liberos, ad pias causas, & in testamento Pontificio, *c. cùm e set. & c. cùm relatum. de testam.* Mynsing. *ad d. §. testes. nu. & 5.* Vultej. *ad §. 2. nu. 19. Instit. de testam.* Wesenb. *ad §. Instit. de testam. & ibi* Vigl. Bart. *in l. fin. & ibi* Jason. *nu. 1. C. de codicill.* Hart. Hartman. *pract. obs. tit. 15. de testib. obs. & tit. 38. de codicill. obs. 1.* Speckh. *tit. de test. num. 83.* Gotho *ad l. 18. ff. de testib.* Connan. *lib. 9. com. 3.* Cujac. *in l. 20. ff. q testam. fac. poss.* Borch. *de feudis. c. 10. num. 41.* Diss. Old. *c. 4 de testibus. num. 13.* Tiraquell. *de Ll. connub. p. 1. gloss. 9. nu. 6* Decius *ad l. 2. ff. de Reg. Jur. num. 26.* c) *l. qui testamento. eum qui. ff. h. t. l. 14. l. 15. l. 20. ff. de test.* Reub. *in tract. de te p. 9. & seq.* Duar. *ad h. t. ff. pag. 325.*

8 Privatæ causæ, ob quas quidem prohiben tur esse testes, duæ sunt, potestas inter testa torem & testem constituta, & negotium te stamenti, quod cum teste geritur *a*. Ob potesta tem ad patris testamentum non potest adhibe ri filiusfamilias *b*, sed neque pater ad test mentum filiifamilias, si fortè post missionem castren

castrensi aut quasi castrensi peculio testetur *c*. Reprobatum enim est ea in re domesticum testimonium *d*. Ob negotium, quod inter testatorem & testem geritur, testis esse non potest heres institutus, neque is, qui in ejus potestate est, neque potest is, qui eum habet in potestate, neque fratres qui in ejusdem patris potestate sunt *e*. Legatariis autem & fideicommissariis, quia non juris successores sunt, & aliis personis iis conjunctis testimonium non denegatur, & multò magis iis, qui in eorum sunt potestate, vel qui eos habent in potestate, hujusmodi licentia datur *f*.

a) Donell. *d. loc.* b) *§. in testibus autem. Instit. h. t. & ibi* Interpp. communiter, quia pater & filius, vi potestatis, una persona esse censentur, *§. sed si quis 4. Instit, de inutil. stipul.* l. ult. C. *de impub. & al. subst.* Nemo autem sibiipsi testis idoneus esse potest, *l. testis idoneus 9. & seqq. ff. de testibus.* c) Quia post missionem testatur filius de bonis castrensibus vel quasi jure cõmuni, quo filio pater testis esse nequit, *d. l. testis idoneus.* Secus, si in militia testetur, tunc enim pater rectè adhibet testem, *d. l. qui testamento. §. 2. l. ad testium & ibi* Cujac. *d)* Domesticum hoc testimonium Theophilus hîc rectè non ex cognatione, sed eodem vinculo patriæ potestatis æstimandum putat. Alii igitur domestici, qui tantùm in eodem cum testatore domicilio habitant, ut liberi homines, qui in famulitio testatoris sunt, & mercede conducti illi serviunt, *l. perspiciendum. §. furta. ff. de pæn.* aliique, cognati omnes rectè in testamento adhibentur testes. Nam non hîc de testatorum commodo agitur, sed tantùm id, ut voluntas testantium exitum reperiat. Vigl. & Wesenb. *ad §. in testibus. Instit. hoc tit.* Donell. *libr. 6. comm.* c. 7. Connan. *lib. 9. com. c. 3. num. 4.* Arumæ. *d. disput. 7. exer.* Bronch. *cent. 3. assert. 23.* Bocer. *class. 5. disput. 20. thes. 70.* Heig. *ad §. 9. Instit. de Testam.* Dissent. Duaren. *libr. 1. disput. 28.* qui domesticorum nomine nimis latè comprehendit omnes, qui sunt ejusdem familiæ, generis & agna-

tionis, quod bene refutat Rævard. *libr. 2. varior. cap. 8.* D
nell. *in tract. de testibus cap. 3.* e) § *sed neq; heres. Instit.*
d. l. qui testamento 20. in pr. & ibi Cujac. Prohibentur
tem hæ personæ, quia & ipsæ alioquin in re propria futu
essent testes, utpote quæ successione in universum jus
functi, *6. legatarius. verb. non juris successores. ff. h. tit.* u
cum ipso fiant persona. Ut igitur ipse testator sui tes
menti nequit esse testis, sic nec heres qui testatoris per
nam repræsentat. Connan. *d. lib. 9. cap. 3. num. 6.* Duaren
h. t. ff. fol. 326. f) §. *legatarius. Inst. t. h. t. & ad eum.* Inter
communiter, *l. qui testamento 20. in pr. ff. h. t. & ibi* Cuj
l. dictantibus 22. C. h. t. Rectè hæ personæ adhibentur
stes, quia cùm non in jus defuncti, sed in certa tantùm co
pora succedant, adeoque unam cum ipso personam n
gerant, non tam sibi, quàm testatori & heredi testimoni
perhibent. Connan. & Donell. *d. loc.* Hotom. *ad d. §. leg*
tariis. eleganter etiam Reuberus *in tract. de testibus. p.*
& seqq. Cæterùm rationes has veras quidem esse & ma
festas, sed plus subtilitatis & artis, quàm æqui & boni
bere Connan. *d. loc.* ait. Quam enim, inquit, æquitat
habet, legatarium adhiberi testem in eo testamento, in q
legatis auctus est, quæ, nisi valuerit testamentum, amit
rus est, in causa propria testimonium sibi dicit, ac suâ
legata sibi confirmat, quod periniquum est? An autem
ctæ personæ etiam in testamento nuncupativo testes e
possint, dubitat *d. l.* Connan. esse posse asserit Vigl. *ad d. §.*
gatariis. num. 9. sed non posse, contra Connanum dissim
lato ejus nomine, multis disputat Duar. *ad hunc tit. ff.*
tract. de testibus in testament. idoneis. Nos rejectâ Duar
sententiâ illorum opinionem amplectimur, cum Atum
d. disp 7. Exer. 16. Bronch. *cent. 2. ass. 97.* Pet. Heig. *ad §. 11.*
5. Inst. h. t.

9 Cæterùm testes numero septem, illique sp
cialiter hanc ad rem rogati, requiruntur, quoru
conditio spectanda est eo tempore, quo test
mentum signant, ut, si tunc testes esse potueri
nihil noceat testamento, si quid postea ipsis co
tig

gerit a. Quod tamen servus omnium opi-
one pro libero homine habitus testamentum
gnavit, ratum & firmum esse Imperatores volue-
runt b.

a) l. ad testium. §. 1. ff. hoc tit. Adeò autem mutatio pòst
veniens testamento non obest, ut etiam morte eorum,
quid cōtradicant Doctores, non infirmetur. Siquidem
cum sigillis & subscriptionibus ab initio rectè factis, ul-
testatoris voluntas rectè probari possit, latè & eruditè
gius ad d. §. sed cùm aliquis. Instit. hoc t. nu. 8. & seqq. ibid.
sim è Petrus Heigius & Connan. dict. lib. 9. comm. cap. 3.
3. Bronch. cent. 2. miscellan. controv. assert. 14. Sed an
testamentum nuncupativum, in quo nulla testium si-
, subscriptiones nullæ, sustinebitur, si fortè testes mori-
post testamentum? Et sanè si ei testamento ab heredi-
legitimis fiat controversia, vix videtur heres nuncupa-
quicquam consequi posse, cùm deficientibus testibus
timis voluntatem defuncti probare non possit. Vide
ad hunc tit. ff. fol. 327. & seqq. Donell. lib. 6. com. c. 10. in
b) l. 1. C. hoc tit. sed cùm aliquis. Inst. hoc tit. & ad eum
erpretes cōmuniter. Vigl. cumprimis. adde Cujac. ad l. ad
m 6. §. conditionem. ff. hoc tit. Connan. d. lib. 9. c. 3. nu. 3.
dict. loc. fol. 327. Valet autem hoc casu servi testimo-
non quia cōmuni errore pro libero sit habitus (neq;
communis error jus facit. Bronch. cent. 1. assert. 7.) sed
valere debere ob publicam testandi facultatem Im-
tores rescripserunt, d. §. sed cùm aliquis. & d. l. 1. l. Bar-
ff. de offic. prætor. Cujac. lib. 18. observ. 33. Quia autem
aliter hoc tantùm in servo contra juris rationem rece-
m est, periculosum fuerit, id cum Viglio ad d. §. ex com-
Dd. traditione, ad alias etiam personas, quas simili er-
quis testes esse posse putet, p̄ducere, l. quod verò. l. quod
ratione. ff. de LL. Si tamen ejusmodi inhabilis persona
testamentum sit adhibita, ne propter unius atq; alterius
inhabilitatem planè concidat testamentum, putarim,
iali principis rescripto confirmari id posse. sed & quod
pi. vers. planè. Instit. de Jur. Nat. Gent. & Civil. l. ult. C.
LL.

10 Atque ita cùm in septem illis testibus sim-
pliciter ad hoc rogatis, nullum vitium reperitu
coram illis supremam suam voluntatem declara
debet testator, ita ut si ea, quæ testamēto sunt co
signata, scire testes nolit, scripturam clausam m
nibus teneat, aut certè demonstret testibus pr
sentibus, eamq; testamentū suum cōtinere dica
Quo facto testes rogare debet, ut subscribant
subsignent. Deinde ipse in extremâ parte subsc
bet, si nimirū ipse testator testamentum non sc
pserit, sed ejus nomine alius: aut si literas nesci
vel morbo impeditus subscribere nequeat, adh
bebitur octavus aliquis, qui ejus nomine subsc
bat *b*: Subscriptio autem hæc & subsignatio fie
uno contextu, hoc est, simul & semel omnibus t
stibus præsentibus, eodem tempore, & nullo ac
alieno interjecto *c*. Possunt autem omnes test
& unius annulo signare, imò planè alieno, adeo
ipsius etiam testatoris *d*.

a) *d.l.hac consultissimâ*. Donell.*d.lib.6.cap.8*. b) *d.l.*
consultissima.l.cùm antiquitas.§.cùm autem.C.hoc tit. §.
cùm paulatim. Instit.hoc tit. c) Unicus debet esse cont
tus subscriptionis & subsignationis. Ipsi enim testamen
dum scribitur, non etiam dum subscribitur & subsignat
varia & aliena immisceri possunt negotia. Nam prætere
quòd servitutes in testamento constitui possint, *§.fin.Ins*
servitut.præd.urban.vel rustic. potest etiam pignus in tes
mento constitui, *l.non est mirum. ff.de pignor.act. l.Luc*
ff.de aliment. & cibar.legat. Sic etiam duo rei debend
testamento fieri possunt, *l.eadem.ff.de duobus reis.* Sic &
bertorum assignatio fit in testamento, *l.assignatio.ff.de a*
gnat.libert. Connan.*d.lib.9.cap.2.num.2*. Duaren.*d.loc.*
322. Reusn. *in tract.de test.part.3.cap.28.num.8*. Reusn
testam.part.3.cap.28.num.8. Gœdd.*in tract.de contrah.*
cap.4.conclus.2.in fin. Frustra igitur hactenus ab interpr
bus

..stam recentiori..s, quàm veteribus, certatum est in hac
..stione & distinctum, cùm plerique contractus in testa-
..ato posse celebrari negent: quos sequitur Arumæ *d. disp.*
..*ercit. 18.* Vultej. *ad §. 5. Instit. hoc tit. num. 31.* Fachin. *lib. 5.*
..*trov. cap. 32.* Petr. Heig. *ad §. 3. num. 35. & seqq. Instit. h. t.*
..ach. *cent. 3. assert. 22.* plerique ita demum eos in testa-
..to fieri posse admittant, si aliquo etiam modo ad testa-
..um pertineant, putà, si una pars prædii vendatur, altera
..ur. Vide Connan. *dict. loc.* Viglius *ad d. §. sed cùm paula-*
..*a.* Cujac. *ad l. heredes palàm. ff. hoc tit.* Non obstat au-
.. nobis *d. l. heredes. §. fin.* Nã quod istic dicitur, uno actu
..mentum fieri debere, nec actum alienum testamento
..miscendum, id ad subscriptionem & subsignationem
..ri debet, nõ verò ad ipsam testamenti scripturam. Hæc
..a uno contextu cum subscriptione & obsignatione ut
..non est necesse, sed etiam longè antè fieri potest, ut ma-
..è patet *ex dict. l. hac consultissimâ. vers. sed licet alio. &*
..*ff.* & Gothofred. An autem ejusmodi negotia vel con-
..tus etiam in testamento nuncupativo, dum testator he-
..es nuncupat, inseri possint, dubitatur? Et posse, forte ten-
.. potest. Testamentum enim nuncupativum cùm solâ
..um & nudâ fiat voce vel nuncupatione, hoc ipso à te-
..ento scripto differt, alioquin per omnia illi simile.
..admodum igitur licet prædicta testamento scripto
.., ita etiam nuncupativo inseri posse verosimile fit:
..men ut uno nuncupationis fiant contextu, vel incon-
..ti simulatq; videl. testator heredem nuncupavit, *argu-*
..*to d. l. heredes palàm. §. final. l. 7. §. quinimò. ff. de pact.* A-
..in enim si hæc ipsa ab heredis nuncupatione disjun-
..tur, longiùs & intervallo paulò longiori subsequeren-
..acilè tam testatori, quàm testibus, rerum maximè ad
..mentum pertinentiũ obrepere posset oblivio, & fraus
.. testamento. Quia autem testamentum hoc nuncu-
..um, naturâ suâ, neque subscriptionem, neq; subsigna-
..m admittit, ne quidem hîc quæri potest, an uno con-
..istæ fieri debeant. d) *§. possunt autem. Institut. hoc tit.*
.. Vigl. *l. si unus 12. C. h. t. l. ad testium. §. ab ipso. ff. hoc tit.*
.. quæritur, an quovis alio signo characterem habente
..e liceat? Affirmamus cum Connan. *libr. 9. comment.*

cap.2.num.& Vultej.ad §.5.Inst.hoc tit. Bocer.lib.1.de jur. belli.cap.25.pag.115.Bronch.cent.2.miscellan.controv.ass.1 Arumæ.dict.disp.7.exerc.17. Quorum sententiam jamd dum disputando defendi in disput.illustr.controv. disput. quæst.7. Disf.Hotom.ad d.§.5.& lib.1.obs.20.Donell.libr. com.c.8.& Wes.ad d.§.5.qui negativam §.signum.l.22.ff.h tit. addendam putant; Aliter dissent.Cujac.libr.14.obser. & Robert.libr.1.recept.lect.c.21. qui annulum signatoriu præcisè requirunt.

11 Sed ne ob omissam fortè aliquam prædict rum solennitatum testamentum in vitium incu rat & corruat, solet plerumque testator clausulam quam à re vulgò codicillarē vocant, in testamen apponere. Tum enim, nisi valeat quod scriptu est jure testamenti, saltem jure codicillorum val bit *a*. Atq; hæc ita de testamento scripto, quod a in tabulis, an verò in chartis, membranísve, vel al materia fiat *b*, nihil interest. Sed & unū testame tum in pluribus codicibus conficere quis pote secundùm obtinentem tamen observationem mnibus compositis *c*. Succedit nunc testame tum nuncupativum, quod ita fieri debet, ut test tor coram septem testibus rogatis heredem suu aliaque quæ post mortem suam fieri vul palàm, unoque contextu nuncupet *d*, sic ut audiri, & intelligi possit à testibus *e*, idque velit, ad probationem in scripturam redige potest *f*.

a) *l.ex eâ scripturâ.in fin.ff.hoc tit.& ibi* Cujac.*l.coher 41.§.cum filio.ff.de vulg.subst.l.ult.C.de codicill.* Vide om no Donell.*libr.7.com.c.18.* & Vigl.*ad §.masculo 8.Inst.t. pup.substit.nu.3.& ad pr.tit.Instit.quibus non est permissi testament.fac.num.10.* An autem hæc clausula non adje semper, an verò certis tantùm casibus pro adjectâ tac habeatur, diligenter & eruditè noviter examinavit Cla

Chifl

fiet. *de jure fideic. cap. 2. & sequentib.* b) *§. nihil autem hoc tit. & ibi* Interpp. *communiter. l. 1. in princ. ff. de bon. secund. tab.* c) *§. sed & unum. ff. hoc tit. & ibi* Viglius *l. 24. ff. hoc tit. & ibi* Cujac. *§. fin ff. h. tit. & ibi* Interpp. *communiter.* Duaren. *ff. hoc tit. fol. 322.* Connan. *d. libr. 9. c. 1. & 4.* d) *d. l. hac consultissima. §. per nuncupationem.* testes testari non possunt de voluntate testatoris, nisi intellexerint. Rei enim ignotę nulla affirmatio, nullum testimonium. In testamento verò scripto non est necesse, sermonem, quo testamentum comprehensum est, *l. qui testamento. §. ult. ff. hoc tit.* Nam ejus testamenti fides non tam à testibus petitur, quàm ab ipsâ testamenti scripturâ, quæ ideo plerumque, ut dictum est, profertur clausa. Licet autem *d. l. qui testamento. §. fin.* indefinitè loquatur, adeoque ad testamentum nuncupativum etiam pertinere videatur, quasi & in illo non necesse sit, testes sermonem testantis intelligere; supradicta tamen ratio & totus legis contextus satis evincit, quæ istic ita indefinitè dicuntur, ad scriptum tantùm testamentum pertinere & restringi debere. Donellus *dict. libr. 6. cap. 10.* f) Et nihil hoc hodie est frequentius, ita ut planè in desuetudinem abiisse videatur testamentum illud in scriptis. Neque enim testamentum in scripturam redactum, nuncupativum esse desinit, quod ex luculento illo consuetudinum feudalium exemplo plus quàm manifestum est, & facit eò *l. 4. ff. de* ... *l. 4. ff. de fide instrument.* Non autem quælibet persona ..., sed notarius nuncupatum, coram septem testibus, ... duobus, in quibus locis hoc statuto vel consuetudine receptum est, testatoris voluntatem excipere, atq; rem ... scripturæ suæ autoritate comprobare solet; neque ... opus est, ad probandam testatoris voluntatem testes ..., neq; morte ipsorum testatoris corruit voluntas ... instrumento semel probatâ, *argumento l. in donat. C. de* ... Vide Vigl. *ad d. §. fin. Instit. hoc tit.* Andr. Geil. *libr. 2.* ... 123. & Anton. Gabriel. *lib. 4. com. conclus. tit. de testib.* ... 4.

12. & ult. Testamentum solenne explicatum sequitur privilegiatum, quod nullis observatis

ſolennitatibus eſt factum, adeoque ſingulari valet privilegio: ejus ſequentes in jure reperiuntur ſpecies. Primò ſe offert teſtamentum militare: id enim quoquo modo à milite in expeditione occupato factum ſit, ratum eſt *a*, poſt miſſionem tamen honeſtam, non ignominioſam, intra annum tantùm valet *b*. Secundò, huc pertinet teſtamentum inter liberos, ſive enim id erit cœptum tantùm neque impletum, adeoque imperfectum, ſive co dicillus ſive epiſtola, ſive quæcunque alia, quibuscunque verbis relicta ſcriptura, valebit voluntas patris inter liberos *c*, modò tamen non fuerit inofficioſa *d*. Similiter huc referendum eſt teſtamentum ruſtici in pago, ubi rarò homines reperiuntur docti, teſtati *e*. Et denique teſtamentum a pias cauſas collatum *f*. Quid verò dicendum d teſtamento tempore peſtis facto? In quo licet ali quid de juris ſolennitatibus relaxatum ſit, ſepten tamen teſtium numerum, ut firmum ratumq; ſit præcisè requirimus *g*.

a) *l.35.l.40.ff.hoc tit.l.1. C.eodem.princ. Inſtit.hoc tit.* c *ibi* Viglius. Commodè hîc quęritur, ad adhuc hodie milite jure militari teſtari poſſint? Affir. Schneid. Faber, Viglius *a princ.Inſtit.de mil.teſtam.* Arumæ.*diſput.7.Exercit.8.* ea dem opinionem jamdudum diſputando obtinui *diſp.illu controverſ.7. quæſt.10.* idem ibidem ſtatui de militibus l mitaneis, ſtationariis & præſidiariis, quia propter ſubit pericula cenſentur eſſe in expeditione, *l.6.§.1.ff.de verbo ſignific.* Gothofr.*ad l.17.ſub literâ b.c.de milit.teſtam.* Petri Heig.*ad tit.Inſt.de milit.teſt.in pr.nu.6.& 7.* Diſſ. Geil. *lib.. obſ.18.nu.6.* & Zaſius *conſ.6.num.20.* *b)* Per ignominioſa enim dimiſſionem, milites ſacramento militiæ ſolvuntur, *milit.13.§.miſſionem,ff.de re milit.l.2.ff.de his qui not.infam* ac proinde omnib. militiæ privilegiis ſuo merito exuuntu *l.teſtamenta 26.ff.hoc t.l.penult. C.eod.§.ſed hactenus. Inſt*

eod. c

tid. & *ibi* Interpp. *communiter*. Sacramenti autem fides si non est rupta, etiã capitaliter ex delicto militari, non communi damnatis, hæc testandi jure militari facultas indulgeri solet, *l. ex militari 11. ff. h. t. l. 6. §. 6. ff. de injust. rupt. irrit. testam.* & *ibi* Cujac. *l.* & *militibus 13. C. h. t. l. 32. §. 8. ff. de donat. inter vir.* & *uxor. l. 1.* & *2. de veter.* & *mil. success.* Si autem hæc testandi licentia ipsis non indulgeretur, bona eorũ capitaliter damnatorum fisco cedebant, *dict. l.* & *milit. 13.* Hodie *ex Auth. bona. C. de bonis damn.* non secus putaverim de ipsorum fieri bonis, quàm de bonis paganorum capitaliter damnatorum, de quibus suprà *thes. 3. lit. f.* Vide Connan. *d. lib. 9. c. 5. num. 5.* & Donell. *d. lib. 6. cap. 28.* latè & doctè de testamento militari disserentem. c) *d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. h. t. l. fin. C. fam. ercisc.* Arumæus *disput. 7. Exerc. 12.* Clar. *in recept. opin. §. testamentum. q. 14.* Fachin. *lib. 4. contr. c. 1.* Schurf. *consil. 28. cent. 2.* Diss. Cujac. *consultat. 1.* quem ex parte defendit Anton. Faber *decad. 35. Error. pragmat. Error. 29.* ex parte verò refutat. Dd. tamen communiter secuti Accursium *ad d. l. fin.* ita hoc intelligunt, ut sustineatur quidem illud testamentum, si nondum sit impletum & imperfectum, quo ad solennia, secus si imperfectum sit, ratione voluntatis, utpote si testator morte præventus totam suam voluntatem non potuit explicare, *per l. Julian. ff. h. t.* & ibi Cujac. Et videntur sanè nonnihil adjuvare hanc Dd. sententiam verba illa *d. l. fin.* si solennitate legum hujusmodi dispositio fuerit destituta. Licet autem hîc textus duriùs & obscuriùs loquantur, hæc tamen Dd. interpretatio cùm jamdudum præjudiciis Cameræ Imperialis sit firmata, eam absque periculo sequi possumus. Vide Andr. Geil. *libr. 2. observ. 112.* Mynsing. *cent. 5. observ. 28.* Bronch. *cent. 2. misc. controv. ass. 10. in fin.* Sed hæc Dd. sententia non admodum probatur Antonio Fabro *decad. 35. Err. 8.* d) Hoc enim præcipuè servandum est parenti contra officium pietatis, *l. 1. 2. 3. l. nam etsi. ff. de inoffic. testam. l. parentibus. C. de inoffic. testam.* Donell. *d. libr. 6. cap. 9.* Adde Hart. Pistor. *quæst. lib. 1. quæst. 1. num. 12.* & *13.* Ita tamen demum, tam hoc, quàm militare testamentum valebit, si de voluntate testatoris vel per scripturam, vel testes minimùm duos etiam non rogatos constet, *l. Lucius. vers. legitimis*

probationibus. ff. h. t. & §. 1. vers. testes existerent. Inst. hoc ti Quia cùm de numero testium nihil certi jus civile præscri bit, utimur communi Jurisgent. regulâ, ut duo testes etia non rogati sufficiant, *l. ubi. l. ad fidem. ff. de testib.* Donell. *lib. 6 cap. 9. & 28.* Br nch. *cent. 2. misc. controv. ass. 22.* Du bito igitur, an verum sit, quod ex Theophilo Vigl. *ad §. pla nè 2. n. 6. Inst. de militar testam.* tradit, unū testem sufficere si aliquod sit præsumptionis pro teste adminiculum. O mnino enim non esse audiendum unum testem, etiam præclaræ curiæ honore præfulgeat, jam olim Divus Con stantinus rescripsit. *l. 9. C. de testib.* Adde Gail. *libr. 2. obs. 118 nu. 17.* Mynf. *respons. 6.* Bocer. *de jure pugn. fol. 118.* e) *l. ult C. h. tit.* f) *c. relatum est. extra de test.* Donell. *d. lib. 6. cap. 9* de piâ causâ in minùs solenni testamento institutâ vide An ton. Fabrum *decad. 35. error. 7.* g) *l. 8. C. de testam.* Fachin *libr. 5. controv. c. 92.* Arumæ. *disp. 7. Exerc. 11.* Disf. Vultej. *ad §. 5. n. 29. Inst. h. tit. & lib. 1. Jurispr. Roman. cap. 73.* Gail. *lib. 2 observ. 118. n. 18. & seq.* Mynf. *cent. 1. obs. 90.* Boër. *decis. 228 num. 7. 8. 9. 10. & 11.* Affl ct. *decis. Neapol. 24. nu. 24.* Bronch *cent. 2. miscell. controv. assert. 12.*

DISPUTATIO IX.

DE SUCCESSIONIBUS ab intestato.

Respondente

JOHANNE-JACOBO ELLERO Dietzensi.

SUccessio *a* ab intestato *b* est hereditatis, justâ voluntatis defuncti ultimæ deficiente *c* sen tentiâ *d*, legitima *e* acquisitio.

a) Variam Dd. interpretationem hujus vocis refert Dn Gœdd. *in l. 24. ff. de V. S.* Quæritur autem: An successionis solo verbo expresso, non adjectâ legitimæ appellatione, intestati successio, non etiam testamentaria intelligatur? Resp. Utramque intelligendam, *l. 2. §. illud tenendum. ff.*

Quor.

...um.legat. & tot.tit. C.commun.de success. Dissent.Socin. ...nsil.30.lib.1. qui putant hanc, non etiam testamentariam, ...telligi. *b)* Inter hanc & successionem testamentariam ...rtia species, nimirum successio contra tabulas, non est, *pr. ...stit.h.tit.l.1.de suis & legit.l.20.§.sed cùm exheredatio.de ...bon.poss.contr.tab. & arg.l.7.ff.de R.J.* Ille enim casus di... ...verso respectu semper referri potest ad causam testati vel ...testati. *c)* Quod fit, si aut omnino defunctus testamen... ...tum non fecit, aut non jure fecit, aut id, quod fecerat, ru... ...ptum irritúmve factum est, aut si ex eo nemo heres extite... ...*t, pr.Instit.h.t.* Sed ánne is quoque intestatus dicitur, qui testamenti factionem activam non habet, veluti impubes, ...riosus, prodigus? Aff. *per l.omnem.C.ad SCtum Tertyll. l.1.§.impuberem.§.si mater.ff.eod. l.sciant.C.de legit.hered. ...pater filium 14. §.ult. ff.ad l.Falc.* In statutis igitur, inte... ...statorum appellatione prædictas personas contineri, nul... ...lum est dubium, secundùm opinionem Bart. *in l.1.in pr. ff. de suis & legit.hered.* Eman.Soarez. *in Thesaur.comm.opin. ...t.num.166.* Alciat. *in l.64.ff.de V.S. & ibid.* Dn.Gœdd. ...*n.4.* Forster. *de success.ab intest.lib.3.c.4.nu.4.cum seqq.* & novissimè Petr.Heig. *de leg.succ.num.3.& 4. Instit.h.tit.* Diss. Johan.Faber *ad §.1. Inst.h.t.* Bald.& Salic. *ad l.cùm in ...prioribus.C.de jur.delib.* Cyn. *ad l.2.C.qui test.fac.poss.* ...Ant.Gabr.Rom. *lib.6. concl.1.* *d)* Non simpliciter volun... ...tas, quæ testamentum propriè non est, sed voluntatis sen... ...tentia (quemadmodum justitia voluntas propriè non est, sed voluntatis habitus) eaque justa (non enim quavis vo... ...luntatis nostræ ultimæ deficiente sententiâ deficit statim testamentũ) i.e. juri congrua de eo quod quis post mortem ...suam vult fieri, *l.1.ff. Qui test.fac.poss.* Diss. Dn. Vultej. *libr.1. ...jurisp.Rom.c.74.* *e)* Propriè dicitur hæc successio legitima, non etiam testamentaria. Ex solâ enim legis constitutione absq; ullâ expressâ testatoris voluntate nobis illa obvenit, ...*l.1.& t.t.Inst.h.t. & t.seq.l.lege 14.C.de legit.hered. Novell. ...de hered.ab intest.* Hęc principaliter voluntate testatoris ...datur; *l.1.ff. Qui test.fac.poss.* & lege duntaxat approbatur & confirmatur; *l.verbis 120.ff.de V.S.l.1.ad L.Falcid. §.1.Inst. ...* Ideo in Jure passim tanquam species contraria legitimę opponitur, *l.3.§.de illo: ff.pro socio: l.is qui 13. l.nec 17. §.he-*

res. l. si is 22. l. quamdiu 39. de acq. hered. Dn. Gœdd. *ad d. 120. de V.S.* ibid. Forner. & Cujac. *ad d. l. 3. ff. pro soc.* Pinell. *l. 2. n. 7. C. de bon. mater.* Bellon. *lib. 3. supput. c. 7.* Forst. *lib. 1. succ. c. 1. & 2.* Petr. Heig. *ad h. t. c. 2. nu. 8. 9. 10. 11. & 12.* Di Alciat. *ad d. l. 120. & lib. 4. paradox. c. 7.*

2 Hoc modo succedentes unius generis no sunt. Vel enim defuncti cognati *a* sunt, vel extr nei. Illi aut in recta linea consistunt, ut ascende tes & descendentes, aut in linea obliqua, & dicu tur collaterales.

a) Quos vel legitimos, & ita aut natos aut factos, vel i legitimos esse, generaliter & semel hoc loco probè nota dum. Non aliena ab hoc loco est quæstio illa: Utrùm dubio quis legitimus vel illegitimus censeatur? Legitimu quem censendum puto, arg. *l. miles. §. 8. ff. ad L. Jul. de adu c. Lator. qui fil. sint legit. l. 51. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Ge *libr. 2. obser. 97.* Mascard. *de probat. vol. 2. conclus. 798. per to* Palæot. *in tract. de spur. cap. 19.* Menoch. *de præsumpt. libr. præsumpt. 1. nu. 77.* Dist. Matth. Wesenb. *consil. 44. nu. 30. seq.*

3 Communi naturæ *a* & parentum *b* vot descendentium causa in succedendo prima es Ex his rursus genitorum *c* ex justis nuptiis qui, nullâ vel sexus *d*, vel patriæ potestatis suita tísve *e* habitâ ratione, primi gradus in capit ulterioris, sive soli sint, sive cum proximioribu concurrant, jure repræsentationibus succe dunt *f* in infinitum *g* omnes *h*, si extan simul *i*.

a) Quæ q. lex quædam tacita parentum hereditates e addicit, *l. 7. in princip. ff. de bon. damn.* b) *l. 7. §. fin. ff. si ta test. nulla extab.* Huc pertinet quæstio; An sicut dominiu in descendentes seu liberos suos heredes continuatur, i etiam continuetur possessio, vel an opus sit apprehensio possessionis? Posterius affirmamus per hanc rationem quia à dominio ad possessionem non valet argu men-

abit. Donell.*11.com.c.11.* Duar.*1. disput.34.* Costal.*ad l.14 de servit.* Fachin.*8.contr.22.* Wesenb.*parat.de serv.num.* Bronch.*cent.1. ass.92.)* At verò servitutis usucapio null unquam fuit.*d.l.servitutes 14.ff.de servit.* quia nempe sin possessione usucapio non procedit,*l.sine 25.ff.de usucap.* ser vitutes autē ut res incorporales possessionem non habent *l.3.ff.de acq.poss.* Accedit, quòd lex 12. Tabb. nominatim d rebus corporalibus usucapiendis scripta est; non obstant *l.4.§.fin.h.tit.* Arbitror enim ex sententia doctissimi He *tom.4.observ.2.* jus illud usucapiendarum servitutum, d quo agitur in *d.§.fin.* non scriptum fuisse, sed tacito popu consensu & malâ consuetudine per consequentiam leg 12. Tabb. introductum; Morem autem illum usque eò in veteratum fuisse, ut jam in civitate jus faceret, ac proind opus Scriboniâ lege ad illud abrogandum fuisse. Diss. Cu jac. *ad d.l.4.in fin.h.t.*

7 Præter naturam suam res quoque aliæ de ea rum interdictione lege latâ usucapi prohibentur idque partim Favore eorum ad quos eæ res perti nent, partim Odio possessorum *a.* Favore domi norum usucapi prohibentur Res Pupillares *b*, Mi norum *c*, Dotales *d*, Fisci *e*, Principis *f*, Filiorum fam. *g*, & Meræ facultatis *h.*

a) Donell.*libr.5.comm. c.24.* *b)* contra pupillos eni nec incipit præscriptio, nec antè contra defunctum fortè in ceptā continuatur; sed durante pupillari ætate omnis præ scriptio dormit atque cessat,*l.10.* ubi Gothofr.*ff.quem.ser am.l.48.de acquir.rerum dom.l.4.§.24.ff.de except.doli. l. vers.sed pupillari. C.de præscr.30.ann.* Gœdd.*ad l.alienati nis 28.num.18.de V.S.* Vult.*Instit.hic,nu.16.* Wesenb.*para eod.num.14.* Dissent. Cujac.*ad l.4.§.si pupilli. ff.d.tit.* & *obs.14.* ubi cum Irnerio inter res mobiles & immobiles d stinguit. *c)* contra quos cùm itidem non incipiat præsc ptio,*l.ult.C.in quibus caus.in integ. l.3.C.quib.non obj. lon tem.* an saltem cum defuncto cœpta ipso jure currit? Ne quidem jure novo,*arg.d.l.ult.junctâ l.un.C.si advers.us* excepta præscriptione 30.ann. quæ contra minorem

ci

...pit, nedum continuatur, l.3.C.de præscript.30.ann.l.3.Cod. ...ub.non obj.long.temp. Mynsing.dec.3.resp.23.num.11. Wesenbec.d.loco. d) l.4 1.si fundum 16.ff.de fund.dot. l.48.de acquir.dom.vide l.3.C.de præscr.long.temp. Cujac.14.obs.9. ...i præscriptio, antequam dotales fierent, inchoata sit, d.l. 16.ff.de fund.dot.l.30.§.fin.C.de jur.dot.l.1.C.de usuc.pro dot. Vultej.Institut.hic num.17.Cujac.d.loco. e) §.res fisci.Instit. hic.l.18.24.in fin.45.ff.eod. l.2. C.comm. de usuc. Quod ...rum est de rebus in fiscum redactis, vel saltem dominio vacantibus fisco denunciatis, dd.ll. Quid verò si bona alicujus morte vacantia, fiscum invitare cœperint, nondum tamen illi fuerint denunciata, an ex his bonis bonæ fidei emptor traditam sibi rem rectè usucapit? Affirm. per d.§.res fisc. Institut.hic. l.quamvis 18. ubi Cujac.eod.Ant.Matth. ...not.ad d.§.res fisci. & in colleg.Instit.jur. disputat.7.thes.9. Donell.5.com.24.in princ. Fab.7.conject.10. f) ex rebus dominicis, id est, quæ sunt propriè & privatim in patrimonio ejus, tot.tit.Cod.ne rei dom.vel templ. Donell.dict.loco. g) quamvis majorum ex omnibus adventitiis bonis etiam quæ patri non acquiruntur, de quo cautum est à Justiniano additâ hujus beneficii ratione in l.1. §.ult. Cod. de ...exception. Donellus cit. loco. Cujacius ad l.13. hic. ...l.2.ff.de via publ.& itin. Geil 2.observ. num.4. Cujac. ...Cod.de præscript.30.ann. Wurmser.1.observ. tit.44. observat.5. Mynsing.4. dec. resp.31. num.14. Hinc is qui molendinum in flumine habuit, quod vetustate collapsum ...potest illud reædificare, nullâ omnino temporis præscriptione obstante. Hinc etiam subditi, qui per centum annos & ultra iverunt ad molendum in molendino domini sui, vel ad coquendos panes in furno domini, ex hoc cogi in futurum non possunt, ut ibidem molant aut coquant, Jac de S.Georg.in tractatu de Feud. verb. & cùm molendinum &c. Schneid.de feud. part.2.num.53.& 54.& ad §.flumina.num.15. Institutio.de rerum divisio. & ad §.1. num.62. Institutio.de Interdict. Aliquando tamen res meræ facultatis præscribuntur, primò si interveniat præscribentis prohibitio, subsecutâ patientiâ illius, contra quem præscribitur, per tempus ad præscribendum sufficiens: Eamque ob causam qui molendinum reædificare

volens prohibitus ab ædificando destitit, per tantum tempus quod ad præscribendum sufficit, postea molendinum reædificare non potest. Similiter subditi, alibi molere volentes, prohibiti, alibi molere non possunt, si prohibition acquieverunt per tempus ad præscribendum sufficiens; Jac. de S. Georg. *d. verb. & cùm molendinum. n. 5.* Boër. *decis. 125. n. 5.* Borch. *de regalib. n. 37.* Hartm. Hart. *in pract. obs. tt. 40. de præsc. obs. 1.* Schneid. *d. p. 2. n. 54.* Und alsdann nennet ma solches zwangmühlen. Schneid. *ibid.* Secundò si facultas hæc non ex merâ facultate, sed ex jure pendeat. Qui enim actu, stillicidio, luminibus &c. 10. annis inter præsentes, 20. inter absentes usus non est, jus suum amisit, quæsitâ vicini libertate, *l. 4. §. fin. ff. h. t. l. 10. pen. C. de serv. & aq.* Sic item actioni ad supplementũ 30. annis rectè præscribitur. Myns. *2. obs. 72.* Geil. *2. obs. 120. n. 5. & seqq.*

8 Eximia hîc occurrit difficultas & quæstio juris valde controversa, an videlicet juri offerend quod habet venditor ex pacto de retrovendendo 30. vel 40. annis præscribi possit? Negantium partes ut sustineam, textus & rationes juris juben fortissimæ.

Ratio 1. Quia destructo proprio & essentiali adjuncto destruitur ipsa essentia. Otho Casman. *in collat. logic. c. de adjunct. 11.* Timpl. *3. Metaph. 3. quæst. 12.* Bona fides essentiale præscriptionis adjunctum deficit hoc casu venditorem suæ promissionis & obligationis conscium. Ergo destruitur & corruit ipsa præscriptio. 2. extat *in l. si fundum. Cod. de pact. int. empt. & vend.* ubi dicitur, quòd venditor fundum recipere possit, quandocunq; ipse vel heredes ejus pretium obtulerint. Atqui verba, *semper, quandocunq; , in perpetuum &c.* designant temporis infinitatem, *l. si ita stipulatus 55. de fidejuss.* Ergo. Suffragantur huic sententiæ Zoannet. *ad l. 2. C. de pact. int. empt.* Gail. *2. observ. 2. num. 4.* Mynsin. *cent. 6. obs. 70. num. 21.* Fachin. *2. contr. 13.* Disf. Covarr. *lib. var. resol. 9.* Menoch. *cons. 143. num. 23.* Wesenb. *parat. de rescind. vend. num. 6.* Bronch. *cent. 2. ass. 62.* Non videbor extra oleas vagari, si duas alias non minoris difficultatis quæstiones hîc ab interpretibus motas expedivero. Prin-

el

.. Unum juri reluendi pignoris itidem 30. annis possit praescribi? Pro negativa, ut quae à practicis communiter est approbata, & supremo Camerae Imperialis judicio confirmata, ut respondeam, haud dubia me movet juris ratio. Nam qui poterit actio praescriptione tolli, antequam nata sit? annon verum est quod dicitur, nô entis nullas esse qualitates, nulla πάθη, nulla accidentia? Atqui pigneratitia actio non nascitur, antequam debitor pignus repignoravit, id est, creditori solvit aut satisfecit, *l. si rem. §. omnis. ff. de pign. act.* Ergo. Eruditè JCtorum decus Jacob. Cujac. *ad l. pignori. ff. h. t. & in par. C. de praescr. 30. vel 40. ann.* Hot. 7. *observ.* 17. Gomez. 2. *var. r. f.* 2. *n.* 28. Geil. 2. *obs.* 18. *n.* 4. Bronch. *cent.* 4. *ass.* 4. Diss. Scabini Lipsenses *in suis resolutionib. q.* 114. vehementer contrariam sententiam propugnantes. Altera difficultas, est de annuis praestationibus, jährliche zins oder pächte/ an scil. non solvendo debitor illarum solvendarum necessitate per praescriptionem se liberet? Et hîc specialis negandi ratio subest, uti videre est *in l. cùm notissimi. §. in iis. C. de praescript. 30. ann.* ubi dicitur, in annuis praestationibus computari praescriptionem ab initio cujusq; anni. una igitur pro omnib. annis praescriptio non sufficit. Ratio: Quia singulis annis nova nascitur actio, cùm singulis annis pro..dum praestandum sit: & quot sunt praestationes, tot sunt actiones. Pensionibus itaq; ante annum 30. sine ullâ exactione debitis rectè quis praescribit, caeteras praestare tene.. tantum abest, ut adversus futuras praescriptiones se libe... Confer Guid. Pap. *decis.* 406. Vasquius 2. *illustr. controv.* .. Tessaur. *decis. Pedemon.* 179. *n.* 4. Geil. 2. *obs.* 73. Fachin. 8. *controv.* 99. Bronch. *cent.* 4. *ass.* 5.

9 Odio possessorum prohibentur usucapi res furtivae *a*, mobiles *b*, res vi possessae immobiles *c*, & res Praesidi contra legem Juliam datae *d*.

a) *§. furtiva. Instit. hic. l.* 4. *§.* 6. *l.* 33. *in pr. ff. eod. l.* 1. *Cod. pro empt. l.* 10. *&* 12. *C. de furt.* Gell. 17. *noct. Attic.* 7. In hoc genere praecipua quaestio est, multisque opinionum anfractibus involuta, an partus ancillae furtivae usucapi possit? Respondeo: Si ancilla apud furem aut furis heredem concepit, etiamsi apud bonae fidei possessorem pariat, partus

usucapi non potest, *l.si ego. §.partus.ff.de Publ.in rem ac*
quemadmodum nec partus ex prægnante surrepta apu
bonæ fidei possessorē editus, *l.qui vas 48. §.ancilla.ff.de fu*
Ut enim qui saccum nummarium furti faciendi causâ co
trectat, intelligitur totum contrectare, & saccum & num
mos, qui sunt in sacco, eorumq; furtū facere, *l.qui saccu*
ff.d.t. Ita & qui ancillam contrectat fraudulosè, is omn
partes ancillæ contrectare, & furari intelligendus est, pr
inde & partum conceptum; is enim viscerum matris port
est, *l.1.ff.de insp.vent.* Quid autem est, si apud bonæ fi
possessorem, ancilla furtiva concepit? Et placet, partum p
suo usucapi posse, *d.§.ancilla, de fur.l.si matrem.C.pro em*
videl. si edatur eo tempore, quo furtivā esse matrem ign
rat. Et hæc est Juliani sententia *in l.non solum.in pr.ff.h.t*
quæ recitatur *in d.l.si ego.§.partus.ff.de Publ.in rem act.* E
cipe ab hoc casu heredem furis, apud quem, licet ignora
tem ancillam furtivā esse, si ea conceperit & pepererit, n
tamen usucapiet, *l.4.§.heres.ff.hoc tit.* Prolixè Gœdd. *ad*
26.de verb.signif. Cujac. *ad l.4.hic.* Donell. *5.com.25.* H
tom. *7.obs.18.* Hinc spinosa effloreseit quæstio de fœtu p
cudum furtivarum, num scil. & in hoc idem dicendum
quod in partu? Nego, *arg.l.48. §.ult.de acq.rer.dom.d.l*
§.lana.hoc tit. Vide eleganter Donell. *d.lib.5.com.c.26.*
enim obstat *d.l.qui vas.§ ancilla.in fin.ff.de furtis.* Doct
simus Cujac. quo (teste Vultej. *ad §.fin. Inst.de vulg.subs*
in restaurandis locis depravatis hactenus nullus extitit
lertior & felicior, existimat in explicatione *l. 4. §.idem*
agnis.ff.hoc titulo. negationem in *d. §.ancilla.* deesse, atq;
legendum: NON idem & in pecudibus servandum est, &
fœtu earum quod in partu; quem sequor. Nam & subj
tur statim differentia & differentiæ ratio his verbis: Ex f
tivis equis nati &c. Dissentit Connan. *3.com.cap.15.num*
Aliter dissent. Hot. *6.obs.24.* Aliter Ant.Matth. *in prælect*
l.26.de verb.signif. b) aliæ enim ut nec contrectantur
furtivæ non possunt dici, *§.furtiva. vers.abolita est. In*
hic. c) *l.4.§.22.& seqq.hic.l.33.§.2.eod.l.86.ff.de furt.l*
ff.vi bon.rapt. Donell. *5.comm.27.* Wesenb. *par.hic.num*
d) *l.48.de acquir.rer.dom. l.quod contra. ad leg.* Jul. *rep.*
hæc ita obtinent, nisi vitium purgatum sit: quod fit, si r

don

domini & possessoris prioris potestatem redierit, *l. ubi, §. 1.* *l. 1. §. aliquando. Instit. eod.* Vultej. *Inst. hic. n. 22.* Non ineptè huc accommodatur quæstio: Utrùm pignus à debitore creditori surreptum usucapi possit? Affirmanti Cujacio nostrum dabimus suffragium, *argum. l. 4. §. si rem. hoc tit. l. si rem. ff. pro emptor.* Cujac. *in dict. §. si rem.* Donell. *5. com. 28.* Bronch. *cent. 4. assert. 9.*

10 Forma usucapionis est possessio illa continuata tempore legibus statuto *a*. Forma autem hæc in his quatuor potissimùm consistit. Primû, ut qui usucapturus est, rem possideat: Secundum, ut justè: Tertium, ut per constitutum ad eam rem tempus: Quartum, ut per id tempus continenter *b*.

a) Quemadmodum ex definitione usucapionis nullo negotio colligitur, Vultej *Inst. hic. n. 25.* b) Donell. *5. comment. c. 5. in fin.*

11 Primum requisitum, caput & fundamentum omnis usucapionis est Possessio *a*, quâ deficiente, ipsa deficit usucapio *b*. Est autem possessio duplex: una Civilis, altera Naturalis *c*.

a) Unde regula manavit, non plus præscriptum intelligi, quàm fuerit possessum, *l. 1. §. Julianus. ibiq; gloss.* Bartol. & *Dd. de itin. actuq; privat.* & possessionem strictissimi esse juris, quæ nusquam ultra & extra possessionis terminos extendatur. Vide latè Scurff. *centur. 2. con. 86. num. 3.* Donell. *com. 6. in prin.* Duar. *ad l. fin. C. in quib. caus. in integ.* Cont. *disp. 10.* Gœdd. *in l. 109. de verb. signif.* Wes. *par. hic. nu. 11.* Hinc præscriptâ servitute pascendi centum oves in fundo alieno, aucto ovium numero, non ideo augetur servitus, *arg. d. §. Julianus. l. 12. C. de servit. l. 1. §. 18. de aq. quot. & æst.* Schneid. *Instit. de servit. rust. præd. n. 31.* b) *l. 3. l. sine 25. hoc tit. c. 3. de Reg. Jur. in 6.* ubi Peck. *n. 1.* c) *l. 2. §. 1. ff. pro herede. l. 10. C. de aq. poss.* An quælibet harum possessionum per se sola ad usucapionem sive præscriptionem sufficiat, quæstionis est? Nego: Sola quidem Civilis possessio sufficit;

quippe quam qui habet, is possidet animo domini, atque ita statuto tempore completo verus dominus rei possessa efficitur. Naturalis sola, ut quæ in facto consistit, & corpore tantùm constat, ad usucapionem non sufficit: siquidem usucapio est modus acquirendi dominii; dominiū autem non acquiritur sine animo & voluntate acquirentis. His consequens est, ut is, qui rem aliquam possidet ad eum effectum, ut præscribat sive usucapiat, possideat suo non alieno nomine, *l. 2. C. de præscript. 30. ann. l. non solùm 8. §. qui pignori. ff. h. tit.* unde nec conductor, ubi de titulo conductionis constat, etiamsi longissimo tempore uniformem pensionem singulis annis numeraverit, juri perpetuæ coloniæ præscribere unquam poterit, *l. 1. C. comm. de usucap.* Pulchrè Cravett. *tract. de antiq. temp. §. materia ista. num. 100. & multis sequentibus.* Dissent. Bald & Angel. *in l. male igitur. C. de præscript. 30. ann.* Quid si per alium, putà filium aut servum, quis possideat? Et ne sic quidem usucapere eum verius est, nisi se possidere habeat compertum: Quia ut ignorantes usucapiamus, in peculiaribus rebus tantùm receptum est, *l. 2. ff. pro soluto. l. Labeo 8. hoc tit. l. qui fundum. § ult. ff pro empt.* Cujac. 24. *obs. 0.* Wesenb. *par. hic. nu. 11.* Sed an saltem possessio extra causam peculiarem nobis ignorantibus acquiratur, perplexa est disputatio? Negantibus astipulor per *l. 1. §. item acquirimus. l. 3. §. saltus. l. quicquid. peregrè. §. 1. ff. de acquir. poss. l. justo. §. ult. hic.* Dn Ant. Matth *in not. ad § item invitis. Inst. per quas pers. cuiq. acq.* Connan *3. com. c. 8.* Doneil. *5. com. 8.* Duar. *in l. 1. ff. de acq. poss.* Cujac *in l. servus 62. de V. O.* Dissent. *idem* Cujac. *sibi contrarius lib. 24. obs. c. 9.*

12 Secundum, quod in rebus quatuor ad formam usucapionis necessariis posuimus *a*, est, ut justè quis possideat *b*. Ut autem justa sit possessio, in eo hæc insunt tria: 1. Ut justa ex causa seu titulo quis possessionem nactus sit: 2. ut bonâ fide: 3. ut voluntate ejus, à quo possidendi causa est *c*.

a) *Supr. th. 10.* b) Improba enim & injusta possessio possi

possidenti nihil præstat; ut ad fructus acquirendos, sic ad usucapionem, *l.emptor.C.de præscr.lon.temp.l.improba.C.de acq.poss.*Donell.*5.com.14.in pr.* c) Donell. *d.loco.*Dn.Vultej. *Inst.hic.n.37.*

13 Ad justam possessionem primò justo opus est titulo *a*, hoc est, causâ possessionis legitimâ, & ad translationem dominii per se habili *b*. An autem is ex diuturnitate temporis præsumatur, quæstionis est? Affirmat Vasquius *c*, cujus sententiam Fachineus *d* non sat juri consonam rectè pronunciat.

a) *Pr.Inst.hic.junct.§.error.l.Celsus 27.ff.eod.l.48.§.1.de acq.rer.dom.l.7.l.24. C.de rei vind.l.un.C.de usuc.transfor.* Bronch *cent.2.miscell.controv.assert.42.* Dictus autem est titulus, vel quòd tueatur possessorem, vel quòd causâ aliquâ hujusmodi redditâ liceat tanquã ex inscriptione quadam intueri, justè quis an injustè possideat. Donell.*5.comm.14. in princ.*Oldendorp.*tract.hic.ad pr.n.12.* Gordius quasi nodus hîc ab interpretibus involvitur de servitutum præscriptione: Num & in illis acquirendis titulus de juris necessitate requiratur? Negant Doctores cõmuniter. Ego affirmo per *l.fin. ibi: bono initio possessionem tenentis.C.ne præscript. long.tempor.* & propter generalitatem textuum jam allegatorum. Accedit etiam argumentum *l.10.in verbis: de jure aqua constituta est, veluti ex legato vel alio modo &c.ff. si servit.vind.* Item argum. *l.28.de servit.ibi:neq; tempore acquiri placuit.* Eleganter Duaren.*1.disput.34.*Hotoman.8. *observat.11.* Coras.*in l.14.de servit. num.31.& sequentibus.* & *5.miscellan.cap.5.* Dissent.Donell.*11.com.12.*Costal.*in d. l.10.si serv.vind.* Fach.*8.controv.22.* Bronch.*cent.1. assert. 93.* Non minoris altercationis est quæstio, an deficiente titulo bona fides præsumatur? Negativam cum Fachinæo *8.controv.32.* propugnabo: Quippe omnes scire debent, quod suum non est, ad alios modis omnibus pertinere, *l.11. C.unde vi.* Dissentit Vasquius *2.illustr.contr.cap.79.nu.15.* & *cap.81.num.8.* b) *l.3.& seqq. de Publ.act.l.4.8.& 11. C.de præscript. long.temp.* cujusmodi causa sive titulus est

emptio,donatio,legatum,dos,transactio &c. Vultej.*Instit. hic.num.38.* Wesenb *par.eod.num.11.* Donell.*5.com.14.* Sed an titulus pro herede in suis heredibus ad usucapionem proficiat, anxiè à Doctoribus quæritur? Affirmanti pari subscribo. Nec impedit, quòd filii sui heredes etiam vivo patre quodammodo domini esse bonorum paternorum existimentur. Quis enim negat? Sed num ideo rei veritas ex ista legis fictione immutabitur, atq; adeò filio jus & titulus heredis auferetur? Pinell.*ad rubr.C.de bon.mat.n.38.40.* & *41.* Cujac *in l.2.§.situm.ff.pro herede.* Duar.*de lib.& posth. cap.3.* Vigl.*in §.sui autem.Inst.de hered qual.* Dominic. Arumæ.*d.disp.6.exerc.8.* Elias Robet.*disput.9.th.9.* Diss. Donell *5.com.14.pag.369.nu.marg.50.* Wes.*parat.ff.pro herede num.3.* Gomez.*1.resolut.3.nu.20.* c) *2.illustr.contr.61.cum sequentibus.* d) *libr.8.contr.cap.30.* e) Namque si longi temporis cursum obtendendo possessor à tituli probatione ut qui inde præsumi debeat,liberaretur;quorsum à Diocletiano Imperatore *in l.diutina.C.de præscript.long.temp.* rescriptum esset, Diutinam possessionem sine justo titulo obtentam ad præscriptionem non prodesse? Quinimò ipse actor,opposità ei hoc modo longi temporis possessione,justum titulum possessorem defecisse,probare teneretur; quo quid absurdius dici possit, non facilè video, cùm negantis per rerum naturam nulla sit probatio,*l.asseveratio.C.de non numerata pecunia.* De titulo putativo,quem comminiscuntur Doctores vulgò,hęc ipse habeo:non satis esse ad usucapiendum finxisse sibi titulum,sed verum requiri,hactenus tamen. nisi justa erroris causa subsit,quo casu opinativum titulum admitto cum Africano Jurisconsulto *in l.11. ff.pro emptore.*

14 Deinde ut justa sit possessio, requiritur bona fides *a*, quam ab initio *b*, non obstante mala fide superveniente *c*,adfuisse sufficit: & quæ præsumitur, donec probetur contrarium *d*.

a) *princ.Instit.hic.l.2.C.de præscript.long.* Est autem illa rei alienæ ignorantia,*l.32.§.1.hic.Cod.de furt.l.109.de verb. signif.* Donell.*5.com.17.* Vultej.*Instit.hic.num.39.* & de jure civili in longi tantùm temporis præscriptione requiritur

2.C

l.9.C.de præscript.long. Mynsing.1.dec.resp.4.nu.22. non tiam longissimi & immemorialis, l.3.l.8.§.1.C.de præscript. ann. Novellæ 119.cap.7 Geil.1.observ.21.num.15. At Jus Canonicum indistinctè in omni præscriptione bonam fidem requirit, cap.vigilanti.cap.17. cap.fin.extr.de præscript. possessor.de R.Jur.in 6. cui in hac materia meritò standum. ell.in auth.nisi.C.de bon.matern.n.12. Fachin.lib.1.contr. .63.& 8.c.26 Myns.4.obs.6. An autem in bona fide esse eatur de re à se possessâ dubitans, ardua est quæstio? Affirmantibus assensum præbeo, arg.l.fin.C.de condict.indeb. .§.2.ibi: sin autem nescius & dubitans &c.C.de furt. Fachin.1.contr.65. Diss. Gœdd ad l 109.nu.3.de verb.signif. & net.ibid. Atumæ.d.disp.6.exerc.5. Cæterùm quoque controversiâ non caret, an qui errore vel ignorantiâ juris rem possidet, bonæ fidei possessor sit, atq; adeò usucapere possit? Prius affirmo arg.l.ubi lex.& l.si fur 32.§.1.ff. l.48.de acquir.rer.dom. Gœdd. ad dict.l.109.nu.5.de verb.signif. Dissent. Anton Fab.4.conject.17. Vult.lib.1.disp.cap.fin.pag.186. Wesenb.par.hic.n.11. Posterius nego, .8.ff.de jur.& fact.ign. l.2.§.si à pupillo.ff.pro empt. adeò longissimi etiam temporis præscriptio juris errore præditur. Fach.8.contr.28. Dissentit Pinellus in d.auth.nisi. Connan.3.com.13.num.2. b) l.15.§.ult.hic. l.48.§.1. acquir.rer.dom.Nov.119.cap.7. adeò ut etiam heredi sive successori universali mala fides authoris noceat, quò minus hic etiã ex sua bona fide rem alienam usucapere possit, heres.ff.de diver.& temp.præsc. Heres quippe obliga- ad exonerandũ defuncti conscientiam, ut vulgò dicitur, nell.3.com.20. Fachin.1.contr.66.& 8.contr.27. c) l.2. .& §.fin.pro empt.dict l.48.§.1.de acquir.rer.dom.l.4. hic. In quo tamen à Jure Civili discrepat Jus Pontificium, quod bonam fidem requirit usque ad ultimum momentum completæ usucapionis, cap.fin.de præscript.c.2.de Jur.lib.6. Utrum Jus hac in parte melius? Respondeo ficium. Connan.3.com.13.num.9. Fachin.1.contr.64. etiam receptum hodie est, & approbatum in Camera periali, teste Myns.cent.4.obs.6. & Geil.2.obs.18.num.2. catè hic disputatur, utrùm rem usucaptam rei alienæ tiâ supetveniente justè quis retineat, & securè in foro

conſcientiæ poſſideat? Quod affirmandum cenſeo *argum* *c.vigilanti.extr.de præſcript.* Vaſquius *2.illuſtr.controv.71* Fachin.*d.loc.* Arumæ.*d.loc.exerc.7.* Diſſ. Danæ.*2.Ethic.15* d) *cap.fin.de præſumpt.l.pen.C.de evict.* Alciat.*3.præſumpt.5* Pinell.*in d.auth.niſi.num.12.* Idq; uſus fori Saxon.ſequitur *Nov.Elect.Aug.pag.2.cap.3.* Hinc emergit quæſtio: An extrajudicialis denuntiatio malâ fidem inducat? Quod puto. Qui enim certò reſcivit, rem, quam poſſidet, alienam eſſe utiq; læſam & cauteriatam ſentit conſcientiam. Pett.Martyr.*ad 14.cap.D.Pauli ad Roman.* Diſſent.Pinellus *in d.authent.niſi.num.16.*

15 Denique ad juſtam poſſeſſionem opus eſt voluntate & traditione autoris, ſive ejus, à quo poſſidendi cauſa eſt *a*. Is autem ut non dominus rei ſit oportet *b*.

a) Hæc enim ad poſſeſſionem juſtè quæſitam eâdem ratione exiguntur, quâ ſuperiora. Id enim agitur in hac adeptione, ut poſſeſſor ſe poſſeſſione dominum fieri putet quod ita fit, ſi & ea interveniant, ſine quibus res à vero domino non transferretur. Ad eam autem translationem neceſſaria eſt inprimis domini traditio & transferendi voluntas, *§.per traditionem.Inſt.de rer.diviſ.* Quapropter niſi hæc traditio & voluntas præcedet, eodem vitio laborabit poſſeſſio, quaſi re malo more & non bonâ fide apprehensâ. Donell.*5.com.18.* b) *pr.tit.Inſt.de uſucap.* Unde manifeſtum evadit, eum, qui rem à vero domino traditam accepit, qui jure gentium dominus eſt, *d.§.per traditionem.* uſucapere non poſſe. Cujac.*in l.1.& 3.ff.hoc t.* Donell.*5.com.c.5.in fin* Diſſ.Hotom.*in pr. tit.Inſt.de uſucap.*

16 Tertium, quod exigit forma uſucapionis eſt, ut poſſideatur res per tempus lege definitum *a*. Tempus autem illud eſt vel Modicum *b*, vel Longum *c*, vel Longiſſimum *d*, vel Immemoriale *e*.

a) Quod adeò neceſſarium putamus, ut ſi vel unicus dies ad poſſeſſionem deſit, uſucapio evaneſcat, *l.ſed etſi 20 §.quoties 8.ff.ex quibus cauſis maj.* ubi luce clarius vide-

re ei

eſt, quàm ſtolida ſit Doctorum, Accurſ. *in l.1.§.quia.ff.de vi & vi arm.* Dyn. Jaſonis &c. opinio, qui defectũ modici temporis in poſſeſſione non perditum ire uſucapionem exiſtimant. Sed an poſtremum hunc diem attigiſſe ſufficit? Sic puto, *arg.l.pen.ff.de div.& temp.praſcript.* non obſtante *l.6. de oblig.& act.* Gœdd. *ad l.2.§.1. de verb.ſignif.nu.27. in fin.* Connan.*3.com.12.n.1.* Donell.*5.com.19.* Duaren.*hic.cap.4.* Bronch *cent.4.aſſert.8.* *b)* Modicum tempus dividitur in Annale, quo præſcribitur injuriis verbalibus, de quibus eſt actio Prætoria. *l.5.C.de injur.* Sed an etiam actio Cornelia, quæ eſt de injuria reali, annali præſcriptione tollitur? Omnino, *arg.l.ſi non convitii.C.d.tit.* Anton.Matth. *in coll. Inſtit.jur.diſput.18.theſ.23.lit.d.* Gomez.*1.var.reſol.cap. 14.n.15.* Diſſ. Fachin *9.contr.7.* Mynſ.*1.obſerv.84.* Treutler. *diſp.22.theſ.4.lit.d.* Bronch.*cent.4.aſſ.78.* Cæterùm controvertitur à Doctoribus, utrùm hic annus à die illatæ injuriæ, an à die ſcientiæ computari debeat? Et magis eſt, annum à die illatæ injuriæ computari, hoc eſt, non utilem, ſed continuum eſſe. Accurſius, Cynus & Alber. *in d.l.ſi non convitii. C.de injur.* Diſſ. Fachin. *dict.lib.9.contr.cap.8.* Gail.*2. obſerv.105.* 2 in Biennale, quo pręſcribitur actioni de dolo, *l.ſi.C.de dolo.* item exceptioni non numeratæ pecuniæ. *l. in contractibus 14.C.de non num.pecun.* Quid ſi debitor poſt biennium in ſe onus probationis recipiat, pecuniam ſibi numeratam non eſſe? Et ne ſic quidem ultra biennii metas exceptionem hanc extendi verius eſt. Anton.Matth. *in not. ad tit. Inſtit.de liter. oblig. in fine.* Donell. *in l.ſi intra 8.C.d. tit.nu.21. & ſeqq.& lib.14.com.cap.24.* Duaren.*eod.cap.4.* Fachin.*2.contr.81.* Diſſent. Baro *ad d.tit.Inſtit.de liter.oblig.* Gomez.*2.variar.reſolut.cap.6.num.7.* Bronch.*cent.2.aſſert. 22.* moti rationibus non contemnendis. 3. in Triennale, quo hodie omnes res mobiles uſucapiuntur, *§.1. Inſtit.hic. l.unic. C.de uſuc. transf.* ſive ſint privatæ ſive eccleſiaſticæ, *Auth.quas actiones.C.de SS.Eccleſ.* Hinc qui triennii ſpatio canonis ſolutionem diſtulit emphyteuta, jure ſuo cadit. *l.2. C.de jure emphyteut.* 4. in Quadriennale, quo bonis vacantibus à privato contra fiſcum præſcribitur, & contrà, *l.3.& tot. titul.C. de quadrienn.praſcript.§.fin. Inſtitut.hic.* 5. in Quinquennale, quo præſcribitur querelæ inofficioſi

testamenti, *l.16. C. de inofficios. testament.* accusationi adul terii, *l.29.§.5. & sequentib. ff. ad l. Juliam. de adult.* & omni bus criminibus, quæ descendunt ex lege Julia de adulterii coërcendis, *d.l.29.§.6. in fin.* item quæ ex lege Julia pecula tus, *l.7. ff. ad l. Jul. pecul.* & ex SCto Silaniano, *l. in cognition ff. ad SCtum Silanian.* Eleganter Gujac. *4. obs.14.* *c)* qua est decennale & vicennale, illo præscribitur rebus immob libus & incorporalibus inter præsentes, hoc verò inter al sentes. *§.1. Institut. hic. l.9. pen. & ultim. C. de præscript. lon temp. l. unic. C. de transform. usucap.* Quid si quis aliqu annis præsens sit, aliquot absens? Et adjiciendos ei super d cennium tot annos arbitror, quot annis ex decennio fu absens, *Authen. quod si quis. C. de præscript. long. temp. N vella 119. cap.8.* Huc porrò referuntur actiones criminal seu accusationes ferè omnes, quæ regulariter annis 20. e tinguuntur, adeò ut hæc præscriptio & fisco, & magistrat ex officio vel per inquisitionem procedere volenti obstet *3. ff. de req. vel abs. dam. l. querela. & ibi gloss. & Doctores. ad legem Cornel. de fals.* Pulchrè Beust. *in l. admonendi. de j rejurand. nu.870. pag. mihi 417.* Gomez. *3. variar. resol.1.* *6.* Dn. Gœdd. *ad l.131. §.1. de verb. sign.* *d)* puta tricennale quadragenale: illo præscribuntur res immobiles, & omn actiones civiles, *l.3.4. & passim. C. de præscript. 30. ann. l.5. quibus non obj. long. temp.* quæ actiones quoque perpet dicuntur. Sed qua ratione, inquis? an quia minori temp non tolluntur? Dd. *ad tit. Instit. de perp. & temp. act.* an q longissimi temporis præscriptio juri Dig. fuit incogni *gloss. in l. qui 30. ff. ad l. Aquil.* Schneid. *Instit. hic, nu.11.* qu placet. hoc verò res temporales Ecclesiæ, & similes p scribuntur, *Authent. quas actiones. C. de SS. Eccles. c.4.* *& 9. extr. de præscript.* *e)* aliàs centenarium; quo præs buntur res Romanæ Ecclesiæ, *dict. Auth. quas actiones. N vell.9.* (iterum tamen antiquata per *Novell.131. cap.6.* Gothofr. Cuja. *5. obs.5.* Diss. Covarr. *2. par. relect. §.3.* Fach *lib.8. cap.3.*) item regalia, jurisdictio, vectigalia, aliaq; pr cipi in signum specialis præeminentiæ reservata. Vide G *1. de pac. pub. obs.6. num.11.*

17 Quartum & ultimum formæ requisitum

pos

[po]ssessionis continuatio *a*. Dicitur autem con[tin]uari possessio *b*, quæ nunquam interrumpitur, [se]d penes usucapientem semper & continuo actu [pe]rmanet *c*.

[a]) *§.diutina.§.novissimè.Instit.hic.l.4.§.15.eod.l.13.§.pen.* [de] *acquir.poss.l.11.C.d.tit.*& requiritur tam in immobilibus [qu]am mobilibus, *l.3. l.naturaliter.ff.hoc tit.* non obstante [l.]*1.eod.* Donell.*6.com.21.* *b)* teste Dn. Vultej.*Instit.hic.* [n.]*29. & 1.Jurisprud.Rom.cap.71.num.39.* *c)* Sed quid si [pos]sessio sine alio possessore intermedio legitimè ab uno ad [aliu]m translata est,annon à priori domino inchoata pos[sess]io in posteriorem continuabitur,& quoad effectum do[min]ii acquirendi illi proderit? Sic statuo *arg.l.14.ff. de div.* [t]*emp.præscr.* Hinc tempora inter emptorem & vendito[rem] (quemadmodum & inter heredem & defunctum) [co]njunguntur,si uterque rem bonâ fide acceperit,aut ven[dito]ris saltem possessio vitiosa non sit,*ex l.un.Cod.de usu.* *transform.* Secus conjunctio nulla est,*sup.thes.14.lit.b.* [Se]d tamen in casu posteriore,quo vitiosa est possessio [ven]ditoris,emptor ex sua persona,si ipse bonam fidem ha[bea]t (in quo dispar est heredis ratio,*d.thes.14.lit.b*) usuca[pit] quod nequivit venditor,*l.an vitium.ff de div.& temp.* [l.] *Pomponius 13.§.1.ff.de acquir.possess.* Anton.Matth. [...] *ad §.inter venditorem.Instit.hic.& in colleg.Instit.jur.* [...]*th.13.* Donell.*5.comm.20.* Cujac.*in l.id tempus.ff.h.t.* [...]*1.Jurispr.71.n.51.*Sed an,quod de venditore & emp[tore] diximus,pertinet etiam ad donatorem & donatarium, [h]eredem & legatarium,& cæteros qui ex causa lucrativa [possi]dent? Sic puto,*d.l.an vitium.* Wes.*par.hic.n.12.* Donel. [...] Diss.Cujac.*in par.C.de præscript.long.temp.per l.apud* [...]*.§.si quis.& §.autoris.ff.de except.doli.*His ita discus[sis] quæstio hîc moveri potest,Utrùm nimirum illa posses[sio]nis,quam dixi,continuatio in heredem ipso jure trans[eat]. Pro negativa, quæ etiam hodie in Camera Imperiali [pr]obata est,teste Myns.*3.obs.28.* & Gail.*1.obs.152.* pugna[t] Ratio: Quia nulla possessio acquiritur nisi animo & [cor]pore,*l.8.ff.de acquir.possess.*Cùm itaque animus simul & [cor]pus,quorum neutrum sine altero retinetur,*l.ferè.ff.de*

R.J.in defuncto desierint; consequens manet, novâ pos- onis apprehensione opus esse.*l.heredes.l.quod meo* ... *venditorem.ff.acquir.poss.* Sequuntur hanc sententiam Vult.*Instit.hic.num.31.* & *seqq.* Dn.Gœdd.*ad l.24.n*... *cum seqq.de V.S.*Vigl.*ad §.2.Inst.de her.qual.* & *diff.*Br... *cent.3.ass.84.* qui tamen huic decisioni moribus Galli... rogatum esse scribit. Arumæ.*disp.10.ad Instit.in coroll.* Duar.*ad tit.ff.de lib.* & *posth.c.3.*Coras.*6.misc.12.*Fort... *tr.de succ.lib.2.c.4.n.5.* & *seqq.*

18 Effectus usucapionis est dominium *a*, c... adeò possessori adjicitur, ut nec à Principe p... auferri *b*, nec contra illud ex capite ignorant... integrum dari restitutio *c*.

a) Acriter disputant Dd. utrùm per usucapione... rectum dominium acquiratur, quod voluit Martin... Gossio, antiquus glossator, an utile solùm, quæ est sen... tia Accursii & Bartoli, & communis interpp. Sed meo ... cio disputatio est de lana caprina: Si ad jus animum a... tas, nullum est dominium utile, nedum hoc usucapion... quiritur. Costal. *in l.1.ff.si ag. vect.pet.* Duaren.*1.disp*... Cujac.*11.observ.35.* quinimò tota hæc distinctio ex fæ... Longobardorum multò post tempora Justiniani in S... las introducta est. Dn. Vultej. *Instit. hic. num.46.* & ... *dicept.19.* Neque obstat *l.si duo §.Julianus.ff. de jure*... qua argumentantur Dd. Utilis in rem actio post lon... præscriptionem datur: Ergo etiam utile dominium ... scriptione acquiritur. Quasi verò utilis actio præsu... nat utile dominium, & illa non potiùs descendat ex ... quàm ex dominio, *l.pen. C. de præscript.30.vel 40.ann*... præscriptione, de qua ibi agitur, nullum planè domi... acquiritur, ne utile quidem, quod Dd. vocant, cùm ni... liud sit, quàm exceptio. *t.t.ff.de div.* & *temp.præscr.* Pr... tolle, secundùm Accursium & Ant. August.*1.emend.ul*... gulam subjectam verbo ESSE, & subjice verbo P... SCRIPTIONEM, sensus erit: Non utilem actio... competere post longi temporis præscriptionem, sed... hanc juratum esse; nec quicquam sententiæ nostræ le... stabit. Acutè ita Anton. Matth. *in not. ad princip. Inst.*...

cap. *b*) Quia id,quod nostrum est,invitis nobis auferri non potest,*l.id quod nostrum*.ibique Dn. Præses.*ff. de R.J.* Dominium rei usucapione nobis est quæsitum,nostrumq; est. Ergo. Pin. *ad rubr. Cod. de rescind. vend. pag.2. cap.2.* Diss. Dd.vulgò. Huc faciunt etiam *arg.l.16.Cod.de transact.l.15.de cond.inst.l.3.C.de LL.l.35.ibi:* nec credendum est. *Cod.de inoffic.testam.* *c*) 1. Quia si ignorantia præscriptionem impediret,vix ullus præscriptioni relinqueretur locus. Quis enim rerum suarum adeò prodigus existeret,ut sciens eas ab alio usucapi sustineret? 2. Facit *l.un.Cod.de usucap. transform.* ubi Imp. Justinianus temporis duntaxat angustiam,quo olim nesciens suis cadebat possessionibus,corrigit. Cui consequens omnino manet,leges antiquas,quibus præscriptio etiam contra ignorantes efficaciter currebat,adhuc vigere. 3. Facit *lex ult. C.de præscr.long.temp.ibi:* nulla scientia vel ignorantia exspectanda,ne altera dubitationis inextricabilis oriatur occasio,& *l.3.*& *4.C.de præscr. 30.*& *40.annor. l.ult. C. de fund. patrim.* Pinell.*in authent.* ...*C. de bon.mater.n.58.* Fr.Sarmien.*2.sel.interp.10.* Fach. *contr.69.* Wesenb.*in par.ff.ex quib.caus.maj.nu.10.*Arum. *disput.6. Exerc.10.* Elias Robert *disput.9.thes.11.* Dissent. Idem Wesenb.sibi contrarius in *par.ff.hic.n.14.in fin.* Gothofr.*ad d.l.ult.C.de præscr.long.temp.* Zas.*in §.rursus ex diverso Instit.de act.num.30.* Gail.*2.observ.19.num.18.*

19 Contraria usucapioni est ejus cœptæ interpellatio *a*, quæ est vel Naturalis,quâ possessio naturaliter,hoc est,aliquo naturali facto,& reipsa interrumpitur *b*, vel Civilis seu ficta,quæ fit per actum civilem,ut hodie per citationem & litis contestationem *c*.

a)*l.10.C.de acq.poss.*quæ & in Jure modò usurpatio.*l.2.s.* ...modò temporis interruptio nominatur.*l.1.2.3.C.de ann. except.* Est autem aliud interrumpi,aliud dormire præscriptionem. Cùm dormit priùs inchoata usucapio, non est nullius momenti,sed sublato impedimento,putà impubertate,hostilitate &c. continuatur,& tempus prius cum sequente conjungitur.Bald. *in l.cum notissimi 7.§.imò.num.7.*

C. de præscript. 30. ann. Ubi verò interrumpitur præscriptio inchoata usucapio ad nihilum recidit, & rursus de integr est ordienda præscriptio priore nihil commodante. Vide In noc. Panorm. Felin. Imol. *in cap. ex transmissa. de præscrip* Wesenb. *par. hic. num. 15.* *b)* Ut cùm possessori res ab al mobilis aufertur, immobilis occupatur, *l. naturaliter 5. h tit.* cùm is qui nostro nomine possidet, putà colonus, re in alterum alienat, *l. non solùm 33. §. qui pignori 9. ff. e* Wesenbec. *dict. loco.* Dn. Vultej. *Institut. hic. numer. 48. &* *Jurisprud. 71. numer. 67.* Duaren. *hic. cap. 8.* Donell. *5. com* Quæritur hic, quòd si tegulæ, quas quis cœpit usucape conjectæ fuerint in ædificium aliquod, an hæc mixtura i terrumpat usucapionem? Et certum est, eum qui possid domum, non possidere tegulas, & id genus res domus si gulas. *l. cum qui ædes 23. hic.* Dn. Goclen. in prodr. Lex philoso. *can. 164.* Quod si ita est (est verò, *dict. l. 23.*) usuc pionem interrumpi dubium non est, *arg. l. sine 25. hoc t.* S tamen utilitatis causâ contra subtilitatem juris receptu est, ut usucapio non interrumpatur, si tegulæ, quas usuc pere quis cœpit, in ædificium fuerint conjectæ, *l. rer mixtura. hoc tit.* Duaren. *eod. cap. 8. in fin.* *c)* Olim litis co testatio usucapionem, quæ tantùm naturali facto scin tur, *l. ult. pro empt.* ante sententiam definitivam, ejusq executionem non interrumpebat. *l. 2. §. fin. ff. dict. t. l. si p acceptum 18. ff. de R. V.* Sufficiebat enim, bono titulo bon que fide ab initio rem quæsitam esse, non obstante m fide superveniente, *l. 48. de acquir. rer. dom. l. 4. §. de illa. hoc tit. l. un. Cod. de usucap. transf.* Præscriptionem ve longi temporis, seu diutinam possessionem, *l. princip. empt.* elidebat, *l. nemo 10. Cod. de acquir. possess.* Paulus *se libr. 5. tit. 2.* quia hæc non erat Jus Legale ante Justinianu quod instar usucapionis dominium adjiceret; sed tant quædam exceptio, quæ ex æquitate dabatur bonæ fi possessori, qui jam 10. annis inter præsentes, 20. inter abse tes, Paulus *dict. tit. 2.* possedisset rem quæ non esset Ital soli, & in qua usucapionum jura non obtinerent. *l. 3. & tit. ff. de div. & tempor. præscript.* Ubi igitur ante comp tum decennium lis movebatur bonæ fidei possessori, e nescebat æquitas exceptionis, quòd tempus complet

n

on esset, *l. mora. Cod. de R. V. l. 1. l. antepen. & pen. Cod. de long. tempor. præscript.* Et hæc quidem ante Justinianum obtinebant. Justinianus verò sicuti veterem usucapionum rationem transformavit, *l. un. Cod. de usucap. transf.* sic veterem quoque interruptionis modum sine dubio sustulit, solâ que denuntiatione & citatione judiciali, aut, si ea haberi nequeat, extrajudiciali testatò factâ quamlibet præscriptionem interrumpi non modò longissimi temporis, *l. cum notissimi 7. C. de præscript. 30. ann.* ut volunt Dd. sed etiam longi temporis, atque adeò triennalem quoque, *l. C. de an. except. Novell. 119. cap. 7. Auth. malæ. C. de long. temp. præscript.* Cui emendationi à Jure etiam Canonico approbatæ, *gl. & Dd. in c. fin. de præscript. & in c. 2. de R. J. 6.* meritò standum est. *sup. thes. 14. lit. d. in fin.* Latè Wesenb. *in par. hic. num. 15.* Connan. *3. com. 14. nu. 8.* Vide etiam Dn. Vultej. *Instit. hic. num. pen. & ult. & 1. Jurispr. 71. in fin.* Duaren. *h. t. c. 9.* Donell. *5. com. 21.*

CONTROVERSIÆ MISCELLANEÆ.

Nobilis est quæstio: Utrùm duorum vel plurium fratrum filii utrinq; conjuncti, si soli sint, in capita, an verò in stirpes succedant? Posterius voluit Bart. Accur. Sonsbec. Anton. Fab. prius amplexi sunt Azo, Zas. Hot. Don. Tessaur. Forst. Et eorum sententiam utpote Juri & rationi magis convenientem Carolus V. Imp. in Comitiis Spirensibus confirmavit, anno 1529.

2 Magnis animis rixantur Dd. An obligatio pertineat ad jus personarum; adeoque an minor sine curatoris sui authoritate possit obligari? Utrumq; nego cum Gœdd. Duar. Don. contra Cujac. Vultej. Fachin.

3 Qui vitiatam ab alio ignoranter duxit, retinere eam non tenetur, *Matth. 1. vers. 19. arg. l. 27. § de R. J.* Eleganter Dn. Wilhelmus Zepperus Theologus præstantissimus *in tractat. de LL. Mo-*

saicis Forens.lib.4. cap 20 & Beza *in tractat. de divo*
pag.224. Diss.Covar. Wesenb. Bronch. &c.

4 Non posse per rerum naturam duos in so
dum rem eandem possidere, rectè Proculiani co
tra Sabinianorũ hæresin statuerunt, teste Cujaci

5 Fidejussores in majorem summam accepte
ne quidem in eam, quam reus principalis deb
teneri, eleganter asserunt Conan. Hotom. Gœd
contra Duar. Baro. Wesenb.

6 Condictio furtiva datur adversus hered
furis in solidum, uti subtilissimè demonstrat A
Faber contra Cujac.

7 In omnibus obligationibus fidejussores as
mi possunt. Excipe tamen causam dotis, cujus n
mine fidejussor intervenire nequit, teste Cujaci
Gœdd. Fachin. Dissent. Conan. Hotom. Duare

8 Colophonem imponat gravis hæc, & in j
diciis variis contentionum fluctibus exagita
questio: Utrùm sagarum per aquam frigidam pr
batio sufficiens sit ad condemnandum vel abs
vendum? Quod nego cum acutissimo Philosoph
Dn. Johanne Pinciero *3. ænigm.10.* Ignoto Patro
Veritatis *in peculiari scripto contra Scriboniũ*; Ewic
Neuwald. *de confess. malef. fol.313.* Petro Heigio *p.*
2.q. jur. civ. quæst.39. Treutl. *vol.2. disp.4. thes.7. lit*
Bocero *class.5. disput.2. parerg.2.* & Bodino *4. de m*
dæm.4. Dissent. Scribonius *in sua Physiol. & in ep*
ad Lemgovienses; & Rickius, qui pro contra-
ria sententia peculiarem scripsit
librum.

DISP

DISPUTATIO XII.
DE INTERDICTIS.
Respondente
REINHOLDO CONRADÆO
Embdano Frisio.

INterdicta (ex eo appellata, quòd inter duos dicantur *a*) erant formulæ ac conceptiones erborum, quibus prætor jubebat aliquid fieri, ut fieri prohibebat *b*: Et ad duos tanquam præntes litigatores dirigebantur *c*; cùm tamen ectum *d*, quo prætor actionem pollicebatur, ad uos non referretur quasi præsentes litigatores, d indefinitè, & in universum actio in eo promitretur *e*.

a) *§.2.in fin.Instit.de interd.* Domin. Arumæ. *disput.pom. cent.9.* Ratio hujus appellationis redditur infrà in hac ad. Dissent. Robert.*lib.3.sent.cap.19.* & Wesenb.*ad d.§. Inst.hoc tit.*qui eandem appellationem sive denominaem quidem approbant, sed alio, quàm nos, sensu, & itatione. Aliter dissent. Alciat.*lib.3.parerg.cap.15. & ad ecunia verbum 48.§.actionis.ff.de V.S.* Cujac.*in parat.ff. C.hoc tit.* Hent. Schilbock. *ad rubr. hoc tit. Institutio.* altej.*lib.2.Jurispr.Rom.cap.21.* existimantes, interdictum cari, quasi interim dictum, eò quòd totam litem non imat, sed ad tempus duntaxat possessionem alterutri liganrium addicat, donec scilicet de proprietate sive jure so judicetur: cùm tamen nonnulla interdicta totam æstionem finiant, ut est interdictum de aqua quotiana & æstiva. *l.1.§.ult.ff. de aq.quotid. & æstiv.* & interctum *de itinere actúq;. l.3.§.13. v.itaq; qui.ff.de itin. act.* iter dissent.Donell.*ad Rubr.C.h.t.* qui interdictum inde ppellatum vult, quòd non sit quasi inter duos vel interim ctum, sed quasi interim edictum, eò quòd edicere idem

ſit quod jubere, & prætor in omni interdicto jubebat qu
fieri. b) *§.1. Institut. hoc tit.* c) *l.1. in princ. & §. ait prato*
ff. de mort. infe. l.1. in princ. ff. Quorum bonor. l.1. in princi
ff. de tab. exhibend. l.2. in princip. ff. Ne quid in loc. publ.
l.1. in princ. ff. de loc. publ. l.1. in princ. de via public. l.1.
princ. §.19. & §. ult. ff. de flumin. l. unic. §. deinde ait prat.
ff. Ne quid in flumin. public. l. unic. in princ. ff. ut in flumi
public. l. unic. in princ. ff. de rip. munien. l.1. in princ ff. de
& vi arm. l.1. in princ. ff. uti possid. l.1. in princ. ff. de super.
l.1. in princ. ff. de itin. act. priv. l.1. in princ. ff. de aqua qu
& æst. l.1. in princ. ff. de rivic. l.1. in princ. ff. de font. l.1.
princ. ff. de cloac. l.1. in princ. ff. Quod vi aut clam. l.2.
princ. ff. de precar. l.1. in princ. ff. de arbor. cad. l. un. ff. de glan
legen. l.1. in princ. de lib. exhib. l. un. ff. utrubi. l.1. in pri
ff. de migrand. Et licet quædam interdicta verbis gener
liter in rem videantur concepta, non quaſi ad præſent
perſonas directa, ut interdictum, de quo in *l.1. ff. Ne qu*
in loco ſacr. & in l.1. in princ. ff. Ne quid in loc. publ.
tamen ipſa perſonalia ſunt omnia. *l.1. §. penult. ff. de i*
terdict. id eſt, perinde haberi debent, ac ſi verba eorum
quaſi ad præſentes perſonas fuerint prolata. *d)* à qu
interdictum differt tanquam ſpecies à genere. Bart. *ad*
1. ff. de nov. ope. nuntiat. Robert. *libr. 3. ſentent. capit.*
cum omne interdictum ſit edictum, uti patet ex inſcr
prionibus legum, quæ ſub titulis de interdictorum ſp
ciebus habentur in Pandectis. Diſſent. Cujac. *lib. 5. obſer*
17. Donell. *ad rubric. C. hoc tit. num. 8.* Althuſ. *libr. 2. Juriſp*
cap. 6. e) *l.1. §.1. ff. de dol. mal. l.2. §.1. ff. de cap. dimin. l.*
in princ. ff. naut. caup. ſtabul. l.1. in princ. ff. de Publ. in re
actio. l.1. in princ. ff. de his, qui deiece. vel effud. l.1. in princ.
de ſerv. corrup. l.1. in princ. ff. commod. l.2. in princ. ff. Qu
cum eo, qui in ali. pot. l.1. in princ. ff. Quand. de pecul. act. a
nal. eſt. l.1. §.1. ff. de poſſ.

2 Prædictis verò formulis & impetration
bus ſublatis *a*, hodie retento quidem interdic
nomine, ex cauſa interdictorum agimus, mi
ſis ſolennibus, in factum actione *b*, quæ & ut
lis *c*,

lis c, & extraordinaria d appellatur, & exemplo interdicti e sive ad instar interdicti f competere dicitur de possessione vel quasi g.

a) t.tit.C.de form. & impet. sublat. ubi Cujac. in parat. b) §.ult.Instit.hoc tit. & l.penult. C.eod. quæ utrùm in rem, vel in personam, inter Dd. controversum est. Nos, licet in rem esse videantur omnia interdicta, per l.1. §.3. ff. de interd. Vultej. libr.2. Jurispr.Roman.cap.21. & Althus. lib.2. Jurispr.c.4. attamen pleraque in personam esse arbitramur, atque quæ ex delicto sunt. Sic interdictum, unde vi, in personam esse arguit textus expressus, in l.cùm à te 7.ff.de vi & vi armat. Cujac. lib.24. Pauli ad edictum pag.412.col.2. & Donell. lib.15. Comment.cap.31.pag.468. & pag.474. Idem ergo de cæteris etiã, quæ ob vim dantur, judicandum erit, quum vis maleficium sive delictum sit, l.1.§.sed et si 14. ibi, in maleficio, & §. Quod igitur. ibi, maleficii causa, & l.penult. in fin. ibi, quia ex ipso tempore delicti. ff. de vi & vi arm. Donell. d.lib.15.cap.32.in fin. & cap.seq. in fin. & cap.37. in princ. ubi docet, quòd omnia interdicta sint ex maleficio exceptis duobus, uno, de migrando, & altero, de precario. Sed & interdictum de migrando ex maleficio esse putamus, per l.1. in fin.princ. ibi, vim fieri veto. ff. de migrando. c) §.ult.Institut.h.t. d) rubric.ff.h.tit. e) l.2.C.und.vi. f) l.4.C.d.tit. & l.3. C. de interd. g) §.1. & §.sequens divisio. Institut. de interd. l.2.§.ult.ff.eod. Bronch.cent.2.miscell. controvers.asser.48. Malè igitur Dd. interdictum ab actione distinguunt ipsâ subjectâ materiâ, affirmantes illud de possessione vel quasi competere, hanc verò dari de proprietate, vel jure quodam. Nam & actionem de possessione concedi, probatur per l.2.C. de tritic.act.l.2.§.1. ff. de precar. l.2. ff. de arb.cadend. l.1. in princ. ff. Quæ in fraud. credit. l. heres 21. ff. ad SC. Trebel. l.1. §. est igitur 4. ff. uti possid. l.ult. C. de act. empt. Illud tamen diffiteri non possumus, quædam etiam interdicta rei persecutionem & quasi proprietatis causam continere. l.2.§.2.ff. h.t. Cujac. in lib. 69. Pauli ad edictum, pag.109. & seq. Donell. ad rubric.C.de interd.num.6. Siquidem in eis de quasi proprietate etiam probationes desiderentur, veluti in interdicto de itinere

actuque privato reficiendo. *l.2.§.11.junct.§.hoc autem.ff.* *itin.act.priv.* & interdictum de aqua quotidiana & æstiva *l.1.§.ult.ff.de aq.quot.& æstiv.*

3 Prima interdictorum divisio nobis est *a* quòd aut competant de rebus divinis *b*, aut d rebus humanis *c*.

a) *l.1.ff.h.tit.* b) quæ sunt loca sacra & religiosa. *d. l in princ.* De locis sacris est interdictum, Ne quid in lo sacro fiat; *l.2. §.1.ff. hoc tit. & tot. tit. ff. Ne quid in loc.sac fiat.* Idque porrigitur etiam ad loca sancta, veluti mur portas, aliaque sancta loca. *l.2. & l.3.ff. d. tit.* Et pertin non ad id, quod ornamenti causâ in loco sacro vel sanc fit, sed quod deformitatis vel incommodi fit causâ. *l.1.§ ff. eod. tit.* Veluti si ædificetur in loco sacro vel sancto, *summa. vers. prohibitoria. Institut. h. tit.* estque popula *arg.l.14.§.5. C.de SS.Eccles. & l.10.C.de episc.& cler.* & d cet Cujacius *in parat.ff.Ne quid in loco sacro.* Wesenb. *ib in parat. num. ult.* Arnold. ab Haersolte *in adversar. de ctionibus ad 6.partem Pandect. act.51.num.3. & ult.* De l cis religiosis est interdictum, de mortuo inferendo & sepulchro ædificando, vel reficiendo, quod competit co tra illum, qui vim facit ei, qui licitè mortuum in locum ligiosum infert, aut sepulchrum ædificat vel reficit. *d. §.1.ff. de interdict. & l.1.& t. tit. ff. de mortuo inferend.* Cujac. & Wesenb. *in parat.* c) quæ aut nullius sunt, alicujus. Nullius res hîc sunt, liberæ personæ, de quil exhibendis & ducendis interdicta competunt. *d.l.1.ff. l.1. & t.t.ff. de homi. lib. exhib. l.1. & t. t. ff. de lib. ex* Res quæ alicujus sunt, aut sunt publicæ, aut sunt singu rum. Publicæ, ut loca publica, viæ publicæ, flumina pul ca, *d.l.1.in pr.vers.publica.ff. h. t.* de quibus competunt terdicta varia, quæ proponuntur *tit.7.8.9.10.11.12. 13. 14. lib.43.ffторum.* Res singulorum, de quibus interd competunt, vel ad bonorum universitatem pertinent ad res singulas. De bonorum universitate est interdict Quorum bonorum: de rebus singulis est interdictum possidetis, & interdictum De itinere actuque privat. *a in pr.ff.de interdict.*

4 Po

4 Porrò interdicta sunt *a*, vel prohibitoria *b*, vel restitutoria *c*, vel exhibitoria *d*.

a) §.2. *Institut.h.t. l.1. ff. eod.* b) quibus prætor aliquid vetat, veluti vim sine vitio possidenti. *d.§.2.* Vim autem sine vitio possidenti fieri dicimus, cùm quis vel rei servandæ causâ, vel causâ servandi legati aut fideicommissi, vel ventris nomine, vel ex qua alia causa in possessionem missus est, sed venire in possessionem ab aliquo prohibetur, vel cùm venisset in possessionem, eâ pulsus est. *l.1.§.2.* *l.4. in princ. & §.penult. & ult. ff. Ne vis fiat ei qui in poss. miss. l.3.§.2. ff. d.t.* c) quibus prætor restitui aliquid jubet, veluti bonorum possessori possessionem eorum, quæ quis pro herede, aut pro possessore ex ea hereditate possidet, aut cùm jubet ei, qui de possessione dejectus sit, restitui possessionem. *d.§.2.* d) quibus prætor jubet aliquem exhiberi, veluti eum, cujus de libertate agitur, aut libertum, cui patronus operas indicere velit, aut parenti liberos, qui in potestate ejus sunt; *d.§.2.Instit.h.t.*

5 Tertia & præcipua Interdictorum divisio est, qua comparata dicuntur quædam adipiscendæ possessionis causâ, quædam retinendæ, quædam recuperandæ *a*: Adipiscendæ possessionis causâ unum interdictum est *Quorum bonorum*, quod competit ei, cui ex edicto prætoris bonorum possessio, ex testamento, vel ab intestato delata, data est *b*.

a) §.*consequens. Institut.h.t. l.2. §. ult. ff. eod.* b) id est, ei, qui apud magistratum bonorum possessionem agnovit, et quidem ex verâ & justâ causâ, ut si probaverit se esse fratrem, si tanquam frater petierit bonorum possessionem, unde legitimi; vel se esse filium, si tanquam filius præteritus petierit bonorum possessionem contra tabulas. *l.1.ff. Quorum bonor. l.1. & l.2.C. eod.* ubi Cujac. *in parat.* Competit & hoc interdictum illi, qui ex testamento vel ab intestato delatam hereditatem agnovit. *l.1. C. d.tit.* Dissent. Cujac *in par. ibid. in fin.* Sed directúmne an verò utile de-

tur, dubio non caret? Nos huic utile interdictum dari arbitramur, *arg. l. 1. princ. ff. eod. tit.* Menoch. *de adipisc. poss. remed. 1. num. 33. & seq.* Wesenb. *in parat. ff. quor. bonor. nu. 7.* Dissent. Donell. *ad tit. quor. bonor. num. 3.* Non minoris dubitationis & illud est, utrùm suo etiam heredi competat hoc adipiscendæ interdictum? Et huic quoque dati asserimus. Nec enim suus heres possessionem rerum hereditariarum absq; apprehensione acquirit. *l. fin. C. de edict. Divi Hadri. tollen. l. 1. §. 3. & 16. l. 20. §. 2. l. 23. ff. de acquir. poss. l. 16. ff. ex quib. caus. maj.* Gœdd. *ad l. 24. nu. 18. & seqq. ff. de V. S.* Bellon. *lib. 4. supput. 15. nu. 4. & seqq.* Gail. *lib. 2. observ. 129.* Bronch. *cent. 3. asser. 84.* Dissent. Accurs. *in l. cùm miles. ff. Ex quib. caus. maj.* Coras. *6. Miscell. cap. 12.* Duaren. *ad l. 11. ff. de lib. & posthum.* Cæterùm competit hoc interdictum, quorum bonorum, I. adversus eum, qui pro herede, próve possessore possidet aliquid de iis bonis, de quibus agitur, II. adversus eum, qui vel passus est usucapi, vel dolo fecit, quò minùs pro herede próve possessore possideret. *l. 1. ff. quor. bonor.* Donell. *ad eund. tit. C. num. 9. & 11. & 12.* debitores verò hereditarii hoc interdicto non tenentur, sed tantùm corporum possessores. *l. 2. ff. d. tit.* Cujac. *in lib. 20. Pauli ad edict. pag. 306. col. 2.* Imò & incorporalium, quæ corporibus adhærent, veluti servitutum, jurisdictionis & similium quasi possessiones, *arg. l. 1. in princ. §. 1. & §. generaliter. ff. de vi & vi arm.* Menoch. *d. remed. 1. quæst. 21. num. 83.* Etsi verò hoc interdictum ad universitatem bonorum pertinere dicatur, *l. 1. §. 1. ff. quor. bonor.* & verè pertineat, si ipsum actorem spectes, ex cujus jure metimur actionem, cùm de ejus conditione agitur, *l. 1. § 11. ff. Si pars hered. pet.* attamen competit quoque de rebus singulis, etiam minimis, quas quis pro herede vel possessore possidet. *d. l. 1. in pr. ibi,* quòd de his bonis *ff. quor. bonor. l. 9. l. seq. ff. de pet. hered.* Donell. *ad tit. C. quor. bonor. n. 10.* Menoch. *d. l. quæst. 20. num. 80. & seq.*

6 Huic interdicto affine est remedium ex L. ult. C. de Edicto D. Hadriani tollendo, quod perpetuum & duplex est. Unum de in hereditariarum rerum *a* possessionem missione *b* scripti *c* ex

asse ve

[...]se vel ex parte *d* heredis *e*, qui contradictorem [...]abet nullum: Alterum est condictio ex illa lege [c]ompetens similiter ita scripto heredi, sed contra[d]ictorem habenti *f*.

a) hoc est, non solùm corporum hereditariorum, sed [...]am actionum & jurium, per rationes Johan. Vaudi *lib. 1.* [...] *33.* Dissent. Accurs. *ad l. 3. in verbo* legitimo, *circa fin.* *C. d. tit.* & Dd. communiter, quos sequitur Menoch. *de* [*ad*]*ipisc. poss. remed. 4. num. 393.* Et quidem earum rerum, [q]uas mortis tempore testator possedit. In possessionem a[li]arum rerum, quas alius justa ex causa possedit, non an[te] mittitur heres scriptus, quàm petitione hereditatis aut [...] vindicatione egerit. *d. l. ult. §. sancimus, vers. mittatur* [e]*adem. C. de edicto D. Hadria. toll.* *b*) Et sic casus spe[ci]alis hic est, quo instrumentum executionem habet pa[ra]tam. Sichard. *ad d. l. ult. num. 10.* ubi in seqq. plures casus [sp]eciales recenset. Notandum hîc, quòd siquidem de a[ct]uali missione agatur, is immittat judex, sub quo bona [s]ita sunt; si verò tantùm de pronunciatione missionis, tum [i]s qui jurisdictioni ratione domicilii præest, *arg. l. 1. C. ubi de her. agat. l. 2. C. de interd. l. 12. §. 1. ff. de bon. aut. jud. poss. l. 15. §. 1. ff. de re jud.* Cujac. *5. obs. 19.* Menoch. *remed. 4. n. 402.* [c]) a testamento non cancellato, vel habente primam fi[g]uram, id est, tali, in quo ipso aspectu vel primâ fronte ni[hi]l apparet, quod possimus cavillari. Gloss. *in d. l. ult. & ib.* [S]ichard *num. 1.* *d*) hoc est, quota hereditatis. Ex quo in[f]ert Sichardus *ibid. num. 2. & 3.* quòd institutus in legitima [n]on habeat beneficium *d. l. ult.* quia legitima sit pars bo[n]orum, non hereditatis. *l. 8. §. 9. ff. de inoff. testam.* quam ra[ti]onem probant Bart. *in l. ex facto. ff. de hered. inst.* Fr. Vivi. [...] *comm. opin. 199.* Gail. *2. obs. 120. num. 3.* Ant. Fab. *par. 1. erro.* [p]*ragm. decad. 14. erro. 6. pag. 477.* Dissent. Duaren. latè *ad* [...] *ff. de acquir. hered.* Coras. *in l. heres institutus. C. de im*[*p*]*ub. & alior. subst. num. 34.* Fachin. *lib. 4. contr. cap. 65. &* [*l*]*ib. 6. cap. 56.* Niel. *disput. feud. 5. thes. 8. lit. a.* Treutl. *volum.* [...] *disput. 13. thes. 16. lit. a.* *e*) scripti in testamento: non [...]tur datur beneficium *d. l. ult.* succedenti ab intestato, Menoch. *adipisc. remed. 4. num. 64.* & vulgò Dd. [...]

Fulgos. *in l.9. C. ad L. Cornel. de fals.* At bene fideicommis- sario universali, sive fideicommissum testamento relictum sit, sive codicillis. Bald. *ad l. ult. num. 36.* Alex. *num. 7.* Decius *num. 26.* Zuccard. *num. 107.* Menoch. *d. remed. 4. num. 192.* Dissent. Cyn. Angel. Fulgos. Si nec re, nec verbo restitutio facta sit. Alex. *d. nu. 7.* Bart. *ibid. nu. 9.* Jas. *nu. 8.* Dec. *nu. 24.* Menoch. *d. loc. num. 166.* Treutl. *volum. 2. disput. 25. thes. 1 lit. l.* Dissent. Zuchard. *num. 199.* Si verbo tantùm restitutio facta sit, utile adhuc dabitur. Decius *d. loc. num. 25.* Menoch. *d. loc. num. 181.* Dissent. Dyn. Salic. *ibid.* datur & substituto *arg. l. 41. §. ult. ff. de vulg. subst. arg. prin. Institut. eod. l. 170. ff. de V. sign.* patri, cùm filius institutus est. Menoch. *d. remed. 4. num. 272.* Dissent. Angel. *ad §. substituitur. Instit. d. t. nu. 1.* fisco, cùm hereditatem ab indigno aufert, Menoch. *d. loc. num. 299.* His non incommodè subjiciuntur duæ quæstio- nes, quarum I. est: An is, qui petit se mitti, priusquam mit- tatur, debeat probare plenè mortem ejus, in cujus bona si petit mitti? Respondet Sichard. *d. loc. num. 24. & 25.* quod in petitione hereditatis debeat mors testatoris plenè, in E- dicto autem D. Hadriani sufficiat saltem præsumptivè pro- bari. II. Quæritur, si appareant coram judice duo heredes ostendentes diversa testamenta confecta eodem die, ita u- non possit judicari, utrum altero sit posterius, quid juris Vide Sichard. *d. loc. num. 26. 27. 28. & 29.* *f*) quo casu vin- cit condictione, vel contra eam opposità exceptione, qu- potiora jura habere videtur, de quo judex cognoscit, *d. l. ul.* Sichard. *ibid. num. 30.* Quis verò sit legitimus contradictor vide apud Bart. *in d. l. ult.*

7 Alterum adipiscendæ possessionis interdi- ctum est, *Quod Legatorum a*, quo agit heres vel bo- norum possessor *b*, aut horum successor *c*, adver- sus legatarium aut fideicommissarium, vel eorum successorem etiam singularem *d*, ad hoc ut resti- tuat *e*, quod legatorum nomine, absque volunta- te *f* ipsius heredis vel bonorum possessoris lega- tarius occupavit, & nunc possidet, aut dolo possi- dere desiit *g*.

a).

a) *l.1.§.2.ff.Quod legat.* b) *l.ult.§.1.ff.d.t.* modò paratus legatorum nomini satisdare, *d.l.1.§.16.* ubi pro, Nisi satisdatum est, legendum est, Si satisdatum est, ut apparet ex interpretatione Ulpiani, quæ sequitur, qui illa verba sic interpretatur, si satisdatum perseveret. Donell. *ad l.un.C.quod lega.nu.in fin.* c) *d.l.1.§.3.* d) *d.l.1.§.10.& 13.* ubi Gothofr. *l.de vi & vi armat.* Rævard.*3.var.4.* Rip.*in l.1.hic.n.5.6.* Menoch.*adip.remed.nu.11.& seqq.* etiam contra eum, qui officio judicis possessionem consecutus est, *l.5. 17.ff.ut in poss.leg. d.l.1.§.9.ff.h.t.* Alciat.*resp.492.n.39.* Diss. Menoch. *remed.2.n.82.per l.1.C.com.lega.* cujus veram interpretationem tradit Cujac.*in par.ib.& ad Nov 39.* An verò contra donatarium mortis causâ? Negat Wes.*in par.n.6.hic.* Rinald.*ad pr. Instit.de dona. nu.533.& 569.per l.1.§.5.ff.h.t.* affirm. Cujac.*libr.8.obs.2.& lib.10.obs.28.& in par.C.quod lega.* Bocer.*in tr.de dona.c.5.n.5.* e) *d.l.1.§.2.& 7.& l.2.§.2.* vel in id, quod interest, condemnetur, *l.1.§.2.ff.d.t.* Quod obtinet, cùm legatarius res legatas ante hereditatē ab herede possessam, invadit. Mitiùs enim cum eo agendum est, qui rem juris interpretatione, *l. à Titio. ff.de furt.l.1. & 2.C.com.lega.* suam, à nemine possessam, occupasset. Quòd si jam ab herede possessam violenter subtrahat, aut extorqueat, jure legati cadit, *l.5.C.de legat.* exemplo aliorum violentorum creditorum, *L.extat 13 ff.Quod met.caus. & de fund.vi.* Donell. *ad l.un.C.h.t.n.4.& 5.* & Wes. *in par. n.7.* Cur verò hîc petitur occupatæ vacuæ possessionis restitutio? Ut heres vel bonorum possessor, receptâ re occupatâ, quartam possit retinere, *l.1.C.quod legat.* Quo efficitur, eum reliquum legati legatario debere restituere. Donell. *d.loc.n.4.* f) *d.l.1.§.2.& §.11.d.t.* g) *d.l.1.§.7.d.t.* Donell. *d.loc.num.2.& 4.*

8 Tertium adipiscendæ possessionis interdictum est Salvianum *a*, quod de pignoribus datur locatori domino fundi *b*, ad persequendam possessionem rerum coloni *c* in fundum invectarum & illatarum *d*, atq; pro mercede locationis pignori specialiter obligatarum *e*.

a) *l.1.§.ult.ff.de Salv.interd. §.4. in fin. ff.eod.t.* no nominatum vel introductum à Salvio Juliano, ut p Baro, Wesenb. Cujac. & alii, cùm idem ille Julianus i edictum commentatus sit, ut apparet ex *l.1.& 2.ff.h.* alii plures Salvii fuerint, teste ipso Juliano in *l.6.ff.de præst.* Ferd Mendoz. *2.disput.jur.civil.4.num.27.* Te *decis.176.in princ.* b) & quidem directum interd huic competit adversus ipsos colonos, eorumque he utile verò etiam contra extraneos possessores, in qu illatas invectasque colonus alienavit, *d.l.1.in princ.* *& l 1.C.de precar.* ubi Donell.*num.2.* Menoch.*adip remed.3. quæst.7. num.55.& seqq.* Dissent. Hotom. *i vers.interdictum. & Institut.de interd.* Sic directum contra colonum pro inductis in prædium rusticum verò contra inquilinum pro illatis in urbanum, *l 4.i ff in quibus causis pign.vel hyp.tac.contr.* Sarmient.*d Eccles.part.3.cap.2.num.20.* Menoch.*d.remed.3. q.s.r & 51.* Wesenb.*h.tit.in par.ff.num.3.* Dissent. Cyn.*in locat. quæst.ult.* Azo, Accurs. & Bellapert.*ibid.* Illud controverti solet, utrùm hoc interdictum competa vis creditori ad persequendam possessionem rerum, c cunque debitoris pignori tacitè vel expressè obligat Nos quasi-Salvianum competere putamus per *l.1. prec.* cum Batt.*in d.l.1.& l.1.ff.eod.tit.* Myns.*ad §.ite viana. Instit.de act.num.41.* ubi & Schneid.*num.64 ibid.num.4. & in par.ff.h.tit.num.3.* ubi & Cujac.*in in par.C.eod.& ad sentent.* Pauli *libr.5.tit.6. & lib.5.* Bronch.*cent.4. assert.22.* Dissent.Menoch.*d.remed. pisc.poss.nu.21.* Donell.*ad d.l.1. C.de prec.num.3.* Sar *de redit.Eccles.p.3.c.2.num.17.* Harpr.*ad d.§.item Ser Instit.de act.* Treutl.*volum.2. disput.25. th.11.lit.e.* colonum etiam partiarium, quia & is colonus est, in mus. Bald.*in l.5.C.locat.num.6.* gloss.*in d.§ Item Ser Inst.de act.* ubi Ang.*num.13.* Zas.*14.* Menoch.*d.reme. & seqq.* Dissent.relati ab Jas.*in d.§ num.55.* Quid dum de eo, qui specie aliquâ promissâ, putà 10. mod menti agrum conduxit? Et hunc interdicto hoc ten rius est, *arg.l.5.princ.in quibus causis tac.pign.l.5.§.4 præscript.verb.* Menoch. *dict. loc. num. 88.* Negu.

membr.4.num.138.vers.tertiò amplia. Dissentit Specu-*lat. tit.de locat.§.posteaquam.* Ferret.*in l.4.de pact.* An & contra colonum coloni datur hoc interdictum? Neg.*per l.4.§.1.ff.locat.* Connan.*4.comm.16.num.7.* Menoch.*d.loc.num.99.* Rom.*sing.391. argum.l.11. §.5.ff.de pign.act.* Fort.*in d.l.4.de pact.num.20.* Sed bene dari concedimus hoc interdictum adversus inquilinum inquilini, *dict.l.24.ff.locat.dict.l.11.§.5.* Zasius *in dict §.Item Serviana.n.17.* Neguz.*dict.loc. num.135.* Connan.*d.cap.16.* Menoch *d.loc.num.96.* Vide & Bronch *cent.1.miscellan.controv.assert.80.* Dissentit Rom.*sing.386.* Jason *in dict.l.4.nu.1.vers.limita.* Adversus minorem vigintiquinque annis, utrùm interdictum hoc, utile saltem, detur, controversiâ quoque non caret. Et dari putat Treutler.*d.volum.2. disput.25.thes.2. lit.g.* quia bona ejus pro pensione prædii urbani tacitè obligantur, etsi consensus curatorum non intervenerit. Verum de ratione hac non est una omnium sententia. Alii enim affirmant, bona minoris tacitè esse obligata pro pensione domus conductæ, gloss. & Bald.*in l.fin.C.de legit.tut.* Alex. Ang. & Jason *in l.4.ff.de pact.* Idem post Rom. & Alexand.*in l.24.in 4. quæst.3.part.princ.solut.matr.* Neguz.*p.memb.4. num.154.* Negant alii, Dyn.*in §.7. Instit.de act.* Fulgos. Salicet. Costal.*in d.l.4 ff.de pact.* Menoch.*adipisc.rem.3.n.66.& seqq.* Idem *in arbitr.judic.quæst.lib.2.* *cas.171.n.30.& sequentib.* Bronch.*cent.1.misc.contro.* *n.16.* Ideo Menoch.*dict.loc.* interdictum quoque hoc adversus minorem dari negat. *d)* modò res illatæ seu invectæ sint, ut ibi maneant. *l.32.in fin ff.de pignor.l.7.§.1.ff.in quib. caus.tac.pign.contrah.* e) *l.4.& l.7. ff.in quib.caus.* *pign.l.5.C.d.tit.l.5.locat.* Bart. Coras. Borch.*ad d.§.Item Serviana. instit.de act.* Harprecht *ibid num.3.& seqq.* Connan.*lib.4.com.c.16.* Donell.*in tract.de pign.cap.4.* Cujac.*in ff.de pact.* Wesenbec.*in parat.ff.in quibus caus.tac.pign.* Menoch.*d.rem.3.quæst.4.nu.33.& seqq.* Vultej.*lib.1.Jurisp.* *Rom.c.34.num.11.& seq.* Bronch.*cent.1.assert.97.* Dissent. Curt.*ad d.§.7.& ibi* Zasius *num.16.* Jason *nu.34.* Schneid. Bart.*ad l.4 ff in quib.caus.pign.vel hyp.* Neguz.*part.2.memb.4.n.145.de pign.* Sichard.*ad l.5.C.locat.* Treutl.*vol.1.* *disput.29. thes.4.lit.k.& vol.2.& d.disp.1.thes.4.lit.c.* qui

nudam scientiam domini sufficere, nec speciali oblig
seu expresâ conventione opus esse putant.

9 Retinendæ possessionis interdictum
puum duplex est: Unum, de re mobili; alt
de immobili: De hac, *uti possidetis* a, quo vi
qui tempore litis contestatæ possidet *b*, & m
Jure Canonico, qui antiquiorem poss. ſſ
probat *c*. Competit autem illi, qui naturali
civiliter possidet *d* rem soli *e*, sive possideat
minus, sive ut fructuarius vel usuarius
habitator *g*, adversus quovis modo tu
tem *h*.

a) *tot.tit.ff.& C.uti possid.* b) *§.5.Instit.de interd*
noch.*remed.3.num.714.& seqq.*Cacheran.*decis.Pe*
c) *cap.licet causam.extr.de probat.* Menoch.*de reti*
remed.3.num.725. & seqq. Mascard.*volum.3. conc*
per tot. Cacheran.*decis.55.per tot.* Quòd si æqualiter
vetint? tum is præferetur, qui titulum suæ possessio
cebit. Bartol.*in l.3.princ.hic.* Menoch.*d.remed.3.n*
Dissent. Joh. Fab.*in §.4. Instit.de interd. num.37.*
etiam quo ad titulum pares sint omnino proba
eum, qui tempore sententiæ possidet, præferendu
mus, *dict.§.4.Instit.de interd.l.2.C.de prob.* Schnei
4.num.88.& sequentibus. d) *l.1.§.est igitur.& §.*
uti possid. Ideo competit quoque I. vasallo; *argum*
rei autem.& §.ultim.lib.2.Feud. Menoch.*de retin.*
med.3.num.81.& seq. II. emphyteutæ, *arg.l.penul*
qui satisdar.cog.l.66.ff.de evict.l.1.l.4. C.de collat.f
mon.l.1.C.de mancip.& colon.patrim. l.2.C.de omn
sert.l.11.Cod.de fund.patrim.l.12.C.d.tit.l.31.ff.de p
hypothec.l.1.in fin.ff.si ager vectig.pet. Borch.*de acq*
mitt.poss.ff.c.2.num.13. Menoch *d.loc.nu.84.& seq.*
questro, qui verè possidet, cùm apud eum possessio
ta est, *l.39.ff.de acquir.possess.l.13.ff.de usuc.* Gœdd.
in fin.ff.de verb.sign.& in c.1.nu.24.& seqq.ext.de
possess.& fruct. Pacius *cent.4.q.8.* Duar.*ad t.ff.de a*
& libr.3.de benef.cap.10. Donell.*libr.5.comm.c.13.*

nt.3.assert.86. Menoch. d.loc.nu.93.& seq. IV. creditori, l.40.in princ.ff.de acq.possess. l.13.ff.de usucap. Menoch. retin.poss. remed.3.num.60. & sequente. Non tamen ei, in possessionem rei servandæ causâ missus est, l.3.§.8.ff. possidet. Sicut nec ei, qui vi, aut clàm, aut precariò possi-, ab illo, à quo turbatur, tribuitur. Si ab alio possideat modo, quàm à quo turbatur, poterit movere hoc in-dictum, l.1.in princ. §.perpetuo.& §.ult. ff.uti possid.l.unic. §.5. Inst.de interd. Non concedi etiam hoc interdi-ei, qui superficiem possidet, volunt quidam, per l.3. §. si suprà, vers.caterùm.ff.uti possidet.& l.1.§.proponitur.ff. superfic. Contrarium tamen verius videtur Donello lib. comm.c.32.pag.476.vers.etiam hoc loco &c. & Cujac.ad ff.de servit. Quæritur de eo, qui in servitutis suæ rusticæ possessione inquietatur, an huic saltem utile hoc in-dictum competat? Negantibus astipulamur, arg.l.3. §. si suprà. vers.caterùm.ff.uti possid. junct.tit.ff.de itin.act. & aliquot tit.seqq.Menoch.de retin.poss.remed.3.num. & seqq. Donell.ad l.unic.num.14.C.uti possid. Cujac.ad §.si viam.ff.de usucap. Wesenbec.in parat. ff.uti possid. Dissent Duaren.ad tit.ff.uti possid. Quæritur de eo -que, qui in quasi possessione servitutis urbanæ turba-ab aliquo, an ei hoc interdicto succurratur? Et hîc ne-num opinio nobis arridet, per l.& si fortè 6.§.1.l.sicut. sed si quæritur.ff.si serv.vind. Donell.ad l.unic.num.14. uti possid. Dissent. Menoch.de retin.poss.rem.3.num.103.& & num.138. Marant.distinct.7.num.20. Cujacius in ff.de font. Anceps item quæstio est, de quasi-posses-jurisdictionis. Nos pro hac quoque interdictum, uti possidetis, etiã utile, jure civili comparatum esse negamus, l.1.§.1. & §.penult.ff.uti possid.l.ultim.eod. cum Do-ad d.l.unic.nu.15.C.uti possid. Tobias Paurmeister lib.1. jurisd.Rom.Imp.cap.27.num.10.& seqq. Idem nobis ju-est de quasi-possessione juris percipiendi decimas fundis alienis aut vectigal, vel alios reditus annuos, ar-dict.text. Donell. d.l. num.15. Quamvis pro tuendâ dictorum juriũ quasi-possessione communia Dd.vota praxis ipsa interdictũ hoc, uti possidetis, reddat Menoch. remed.3.nu.139.& seq. Ferrar.in form.libel.de turb.possess.

in verb.coram vobis.num.3. Schneid. *ad §.5. Institut.de interd.nu.19.& 25.* Vide præjudicia in sententiis Camer. Imperialis, *pag.434 part.2.* & apud Rutger.Rulandum *tract.de commissar.& commissionib.part.3.libr.3.c.18.* Ad Matth.Steph.*libr.1.de jurisd.c.ult.* e) *l.1.§.1.& §.penult. uti possid.& in l.un.§.1.ff.utrub. & d.§.5.Inst.de interd.* f) *ult.ff.uti possi l.* g) *l.27.ff.de donat.* Cujac.*ad l.4.§.si vian ff.de usucap.* h) Wesenb.*hic.n.5.vide allegata à* Treutle *volum.2.disput.25.thes.3.lit.f.& g.* & Menoch.*dict.rem num.467.& plurimis seqq.* ubi varios modos explicat, qu bus turbatio fit, quò minùs quis quietè suâ possessione possit.

10 Et quidem datur hoc interdictum du rum rerum gratiâ: una & præcipua hæc est, ut pc sessio retineatur *a:* altera, ut adversarius, qui vi facit, quò minùs possideamus, damnetur in i quod nostrâ interest; nobis vim factam non esse ejusque nomine competit hoc interdictum int annum utilem, ex quo vis fieri possidenti cœpit Illud verò minimè continetur hoc interdicto, adversarius satisdationem actori præstet, de nc turbando in futurum *d.*

a) *argum.l.1.§.1.& §.est igitur ff.uti possid.& §.5.Inst. interdict.* b) *d.l.1.in princ. ibi, neq; pluris quàm quanti erit,& l.3.§.ult.ff.uti possid.* Unde qui hoc interdicto a posteaquam narravit, possidere se rem soli, & in eâ sibi co troversiam & vim fieri ab adversario, (Hæc enim duo n ratio libelli continere debet, Lanfran. *ad rubric.extra causis possess.& propriet. vers.nunc est transeundum,num pag.495.* Schneid.*ad d.§.5.Instit.de interdict. cap.de inter cto,uti possid.num.70.71.72.& 73.* petit à judice declarat possessorem, sibique condemnari adversarium, ut ist desistat à turbatione illa, tum præstet, quanti suâ inter quietam retinuisse possessionem, in quo continentur f ctus & damna, Lanfran. *dict.loc.num.2.* Ferrar.*in form belli pro turbata possessione, ad verb.ad cessandum & a stendum.num.1.* Donell.*ad l.unic.num.21. Cod.uti possi*

c)

h. in princ. ff. uti possid. Donell. *ad d. l. unic. num. 17 &* *lib. 15. com. cap. 32. pag. 478.* ubi respondet *ad l. in honorariis.* *de oblig. & act.* d) Quia specialiter ejusmodi satisdatio in servitutibus requiritur, *l. 7. & l. 12. ff. si servitus vindicet.* *pen. ff. de aq. quot. & aestiv.* Ratio specialitatis istius est, quia nihil est in servitutibus, quod victus restituat corpore. Servitutum enim nulla possessio est, *l. ult. ff. de servit.* Ideoq; requiritur à victo cautio, quæ est pro servitutis restitutione; sicut in rebus corporalibus rei ipsius possessio restitui potest, qua restitutâ, frustra aliud exigitur, quod restitutionis vice fungatur, Cujac. *lib. 1. sentent.* Paul. *t. 11.* Donell. *ad l. un. C. uti possid. num. 20.* Menoch *rem. 3. retin. poss. num. 811.* Robert. *lib. 3. sent. 21.* Fachin. *lib. 8. contr. c. 14.* Bronch. *cent. 4. ass. 23.* *Vid.* Duar. *lib. 1. disput. 21.* Oldend *class. 2. act. 4.* Geil. *libr. 1.* *obs. 66.* Wes. *in par. uti possid. num. 5.* Schneid. *de interd. uti possid. in Inst. h. t. nu. 66.* quorum sententia tamen usu recepta. Vide sententias Cameræ Imperialis *part. 2. pag. 434.*

11 Posteaquam actor possessionem & turbationem probavit *a*, incumbit judici, ut actorem declaret possessorem *b*, reum item condemnet, ne in futurum possidenti vim faciat, sive turbet eum in possessione *c*, tum condemnet ipsum in id, quod interest victoris, vim ei factam non esse *d*. Quod si uterque litigator ita probarit *e* possessionem, ut non videat judex, uter eorum reverâ possideat, tunc alterum alteri non condemnat *f*, sed pronunciat, ut uti possident, ita possideant *g*, quo etiam simul desiderat *h*, ut reus *i* conventus satisdet actori de re conservanda, id est, nihil se deterius in re facturum *k*, & præstitâ hac cautione solus rem possideat, vel hanc satisdationem ab actore accipiat, & in eum possessionem suam transferat, ut ita ad petitorium deveniant, unus petitoris, alter possessoris partes sustineat *l*.

a) Hæc enim duo probare tenetur actor, Ferrar. *in p*
libelli de turb. possess. ad verb. hodie tenent & possident.
Lanfran. *suprà alleg. loc. num. 496.* b) *argum. l. 35. §. 1.*
rei vindic. l. 8. §. ut si quidem. ff. si serv. vind. c) *l. 1. in pr*
§ est igitur. & tit. ff. uti possid. d) *l. 3. §. ult. ff. d. tit.* E
fori jubebit etiam, ut victus satisdationem victori d
turbando ipso in futurum præstet: Id tamen de jure
Justinianeo necesse non est secundùm allegata in fine
præcedentis. *e*) Interdictum enim hoc, uti possideti
plex est: hoc est, uterque litigator in eo actor & reus
terque sibi possessionem rei, de qua agitur, asserit, ut
possessionem suam vocat, uterque se magis possidere
mat, adversarium autem possidere negat, *l. 2. in prin*
Cujac. *ff. de interd. l. 1. §. inter litigatores. ff. uti possid.* Ut
terque etiam possessionem probat, *l. 2. l. 5. ff. de prob.*
in pr. ff uti possid. Cujac. *lib. obser. 22.* g) *l. 1. in fin. l. 3. in*
ff. uti possid. l. un. C. uti possid. & ibi Donell. *n. 22. idem li*
com. c. 32. pag. 479. vers. Quid ergo &c. h) *l. un. ibi,* sa
tionis formâ servatâ cognoscet, *C. uti possid.* i) Etsi in
dicto, uti possideris, uterq; litigator sit actor, *l. 2. in pr*
de interd. attamen ratione processus, is maximè actor
ligitur, qui priùs ad judicium provocavit, *l. 2. in fin. ff. c*
divid. Reo autem, qui etiam possidere in proposito
videtur, priùs offerēda est hæc satisdatio, ut patet ex
lib. 1. sentent. t. t. 11. in pr. l. 5. in princ. ff. de petit. hered. l. d
6. §. ult. ff. de Carbon. edict. l. 15. §. ult. ff. de quæst. k) Har
satisdationem, de qua agitur *in d. l. unic. C. uti possid.* p
Cujac. *ad d. tit. 11. lib. 1. Pauli sent.* & Eguin. Baro *libr.*
nual. de interd. uti possidetis. pag. 194. At Donell. *ad d.*
C. uti possid. nu. ult. & lib. 15. com. c. 32. pag. 480. interpr
d. l. unic. de satisdatione judicatum solvi. l) *d. l. unic.*
possid. Alii aliter illam *l. unic.* explicant. Veteres, quo
tus fuit Duaren. *lib. 1. disp. c. 21.* eam accipiunt de cas
reus succubuit, actor vicit; & tradunt, victori reū pr
teneri satisdationem, per se in posterum non fieri, q
nùs victor in futurum possessione liberè utatur. Atq
rum sententia refellitur ipsis verbis, *d. l. unic. ibi,* vel t
tendæ &c. Argumenta, quibus utuntur, refutant Cu
d. t. 11. lib. 1. sent. Paul. Baro *d. lib. 6. man. pag. 194.* Do

l.un.num.26. Alii interpretantur *in d.l.un.* illa verba, vel transferendæ possessionis &c. de sequestratione possessionis, quos refert Menoch. *d.remed.5. num.742.* & inter hos etiam Robert. *lib.3.sent.cap.21.*

12 De re mobili interdictum retinendæ possessionis præcipuum est *Utrubi a*, quo vincit hodie ille, qui tempore litis contestatæ rem nec vi, nec clam, nec precariò ab adversario possidet, licet ab alio ita possideat *b*. Præter illa duo sunt & alia retinendæ possessionis interdicta, sed de hisce duobus nunc dixisse sufficiat: Quibus annectere libet quæstionem illam admodum inter Dd. controversam; Utrùm judicium petitorium cum alterutro interdicto, Uti possidetis, vel, Utrubi, cumulari possit? Negativam de jure civili veriorem putamus *d*.

a) *l.un.ff.utrubi.* §.2. *Instit.de interdict.* Menoch. *de retin. possess.rem.2.* b) *d.§.5.Instit.h.tit.* c) veluti interdictum de superficiebus, de itinere actuq; privato, de aqua quotidiana & æstiva, de fonte, de rivis, vide Treutl. *vol.2.disp.25.th. 4.litt.h.i.k.& l.* d) cum Donello *ad l.3.nu.6.& seqq.C.de ord.* Dissent. vulgò Dd. Cuj. *libr.7. obs.38. & in comm.in l.26.quæst.* Papin. *pag.41.* Hotom. *illust.quæst.31.* Petr. Fab. *l.43.& l.130.ff.de* R.J. Robert. *libr.3.sentent.c.21.* Borch. *de acquir.possess.cap.fin.nu.54.& seqq.* Pistor. *lib.1.quæst.45. num.12.* Gail. *lib.1.obs.63.* Menoch. *3.remed.retin.poss. n.511. cum seqq.* Schrad. *de feud.pag.9.c.7.n.145.* Fachin. *lib.8.c.6.* Ronch. *cent.3. assert.85.*

13 Recuperandæ possessionis interdictum est, Unde vi *a*, quod datur ei, qui vi possessione suâ rei immobilis invitus dejectus est *b*, adversus eum, qui ipse aut cujus familia dejecit *c*, itemque ejus heredes eatenus, quatenus ad eos pervenit *d*, ut res ipsa *e*, à qua quis dejectus est, cum omni causa *f*.

quam spoliatus habuisset, si vi dejectus non fuis set, restituatur. Nec adversarius se ullâ exception dominii vel alterius cujusvis juris, quod se habe prætendit, tuebitur *g*.

a) *§.7. Instit. de interd.* b) *l.1.§.1.3.4.5.6. & seqq. ff. de vi & vi arm. l.2. in princ. l.4. in princ. C. und. vi.* licet præd sit, *l.1.§. à me. ff. de vi & vi arm.* etiam cùm ab ipso rei do mino spoliatur, *arg. l.17. ff. d.t.* Bronch. *cent.2. miscell. cont assert.50.* Wes. *in parat. ff. de vi & vi arm. nu.11.* Schneid. *a §.7. n.23. Inst. d.t.* Boër. *decis.238.* Cacheran. *decis.116. num.6* Fachin. *lib.8. c.10.* Diss. Menoch. *remed.1. recup. poss. n.113. & seqq.* Colono & inquilino, ut qui non possident, *§.5. Inst. d.t. l.9. ff. de rer. vind.* non competit, si de conducto prædio ve ædificio dejecti fuerint, *d.l.1.§. dejicitur, & l.ult. ff. de vi & vi arm.* Bronch. *cent.4. assert.25.* Fructuario tamen dejecto datur, *l.3.§.13. & §. seq. d.t.* Cujac. *9. obser.33. in fin.* Menoch *rem. recup. poss.1. n.74.* Diss. Jason *in l.12. princ. ff. de acquir possess.* ut & emphyteutæ, etiam eo casu, quando ob non so lutum canonem fundus in commissum incidisset. Nam etsi emphyteuta dicatur ipso jure privari, tamen non potest so lâ domini manu vel violentiâ de possessione dejici, adeoque ante omnia restituendus est. Guid. Pap. *decis.107.* Afflict. *de cis.97. in fin.* Menoch. *d. remed. n.78. & seq.* Vide & Fachin *lib.1. controv. c.95.* Dissent. Jas. *in l.2. C. de jur. emphy. nu.101* & variè Dd. ibidem allegati, vasallo quoque competit con tra tertium. Innoc. Abb. Felin. Dec. *in cap. cæterùm. de jud* Molin. *in consuet. Paris. tit.1. gloss.4. nu.35.* Zas. *epit. feud. p.11 num.23. arg. l.1.§.43. hic. l.2. de obs. lib. l.9. de susp. tut. c. un. §. s verò vasallus, de mil. vasal. qui cont.* Menoch. *d. rem. nu.95* Treutl. *d. loc. thes.5. lit. k.* Dissent. Bald. *2. cons.322.* Jac. de S. Georg. *in sua invest. feud. verb. & dicti vasalli, colum.4. v. sed ne procedamus, qui etiam contra dominum dari putant.* c) *l.1. in pr. de vi & vi arm.* etiamsi non possideat, *d.l.1.§. ex interdicto 42. ff. d.t.* ut si fundus ab hoste occupatus sit, aut domus igne consumpta, & res mobiles, quæ ibi erant, casi bus fortuitis interierint, *d.l.1.§.34. & l. pen. eod.* d) *l.1.§. ult. l.2. ff. de vi & vi arm. facit l. in heredem. ff. de calum.* e) pu tà fundus, vel ædificium, *§.7. Institut. dict. tit.* & res omnes, quas,

mas, qui dejectus est, ibi habuit, cùm dejiceretur, *l.1.in princ & §.37. & seq ff.de vi & vi arm.* Hic quæritur, quomodo probari possit, quæ res ibi fuerint? Et quia aut nulla aut certè difficilis fuerit hæc probatio, idcirco Zenonianâ constitutione cautum est, ut dejecto, & de numero earum rerum, & de æstimatione affirmanti jurato fides habeatur, judice priùs ei quantitatem taxante, pro personarum & negotii qualitate, ultra quam taxationem jurare nō liceat, *l.9.quando 9. ubi* Donell. *Cod.und.vi. & cap.ult. ext. Quod met. caus.* Quod jusjurandum tamen contra dejectoris heredes non præstatur, *l.1.2.4.C.de in lit.jur. ubi* Cujac. *in Parat.l.4 §.1.ff.de fidejuss.tut.l.26.l.33.l.58.ff.de oblig. & act.* Mynf. Respons. *21.num.89. & cent.4.obs.12. f)* seu accessionibus, quales sunt tum fructus ex eo tempore computandi, quo quis vi dejectus est, *d.l.1.§.40.ff.de vi.* Geil. *lib.2. observ.75.num.7. & seqq.* & non solùm percepti, licet inhonestè, *l.27.in fin.ff.de petit.hered.* sed etiam quos dejectus percipere honestè potuisset, *l.4.C.und.vi.l.62.§.ult.ff.de rei vind.l.33.ff.d.t.l.5.ff.de usur.* tum etiam omnis utilitas, quæ ad eum, qui dejectus est, venire potuisset, *d.l.1.§.non solùm. ff.de vi & vi arm. l.35.ff.de V.S.* quam utilitatem Paulus JCtus, id quod interest, appellat, *l.6.l.15 ff.d.t.* Donell. *libr. 15.comm.c.31.pag.31.pag.472.lin.30.& seqq. g)* Fachinæ. *lib.2.c.10.* Sed spoliatus ante omnia restituendus est, *d.§.7. ff.d.t.l.8.ubi* Donell. *C.und.vi.l.1.§.30.l.14. ff.de vi & vi arm.c.in literis cum 2.capp.seqq.ext.de restit.spolia. c.redintegranda 3.q.1.* Geil. *lib.2.obs.75.n.2.& seqq.& obs.76.* Donell. *libr.15.com.cap.31.pag.473.* Quod si tamen spoliator exceptionem dominii spoliato objiciat, & hic in eam consentiat, (*cap.1.ext.de restit.spol.* Menoch. *de recup.remed.1. quæst.15.*) etiam tacitè non replicando scil. contra exceptionem *arg.l.2.ff.de except.* Bart. *ad l.si quis. C.ad l.Juliam. de vi pub.* Menoch. *d.quæst.15.*) inquirenda erit veritas de hac exceptione, ut & si spontaneæ renuntiationis exceptio opponatur, *cap.2.& 3. & ibi Dd.ext.de restit.spol.* Menoch. *d.remed.1.quæst.27.* An autem clandestinus possessor, qui clàm ingressus est possessionem alicujus rei, agenti hoc interdicto rectè objiciet exceptionem dominii? Affir. Ferret. *in l.12.§.1.num.72.ff.de acquir.poss.* Dyn. *in cap.71.de R.J.in 6.*

Negat Ripa *in d.l.12. §.1. num.73.* Bart. *in l.4. hic.* Medic.*tr.de consf.poss.gloss.2.par.2.n.117.* magis comu Dd. ut refert Menoch.*d.remed.1.n.144.* Quod tum putamus cum Treutl.*d.loc. thes.5. lit.g. in fin.* si an spoliatus agat, conetur ad suã possessionem reverti hator eam prohibeat. Nam aliâs clàm spoliato non interdictum, *arg.l.1.§.1.hic.* Menoch.*d.remed.1.n.* *seqq.* Zas.*in d.l.12.§.1.n.9.* Dist. Bart.*in l.15.h.tit.*

14 Sunt & alia remedia *a*, quæ adversu lentos possessores *b* comparata sunt, inprimi condictio ex l.7.C.und.vi *c*, quæ datur *d* ad eum, qui ante adventum judicialis arbitrii vi ter possessionem invasit: cujus pœna est a dominii, si rem propriam vi occupavit, vel p tio corporis rei occupatæ, præter damnum a nis, si rem alienam invasit *e*: Adde saluberri remedium ex c.redintegrandæ 3.q.1. quod sin la personarum *f*, & rerum *g* distinctione spo datur.

a) de quibus latè Menoch. *in tr.de recup.possess.r.* *b)* qui etiam judicio publico ex l.Juliæ, de vi publi privata pulsari possunt, *l.4.C.und.vi.§.7.vers.qui aut* *de interd.tot.tit.C.ad l.Juliam de vi pub.& priv. & co* *dantib ff.t.* Jure novissimo dejiciens aliquẽ armatâ m hominibus coactis, de possessione vel quasi possessior constitutionibus Impp.Maximiliani I. Caroli V. Ferdi di & Maximiliani II, ipso facto incidit etiam in pœ pacis publicæ, quæ est bannum Imperii: vide Recessus perii Wormat.*de anno 1495.* Ratisb.*de anno 1506.* W mat.*de anno 1521.* Norinberg.*de anno 1522.* August.*de a* *1548.* & Geil.*lib.1.& 2.de pac.publ.* *c)* quod remediur hodie usu frequentatur, & statutis explicatur, Menoch *cup.poss.remed.9.nn.8.* Dist. Sarmient. *2.select.interpp.13.* *d)* ei, qui possessione dejectus est, *d.l.7.Cod.unde vi.* & Don. Itaq; depositario à depositore, cõmodatario à co modatore, inquilino vel colono à locatore dejectis r

comp

mpetit, *arg. l. 9. ff. de R. V.* Sed an fructuario contra proletarium, si ab hoc dejectus fuerit, concedatur, controsa est quæstio? Negativa nobis verior videtur cum Doll. *d d. l. 7. C. und. vi. num. 3* ubi ad duo contraria respont. Non permittitur etiam hæc actio illi, qui servitute sibi ostitutâ uti prohibetur à domino prædii; Quod nobiscũ sentit Donell. *d. loc. num. 4.* Vide quoq; Menoch. *rem. 9. re. poss. num. 268. & seqq.* e) *dict. §. 7. vers. sed ex constit. tit. de interd. §. 1. v. sed nedum. Inst. de vi bon. rapt. d. l. 7. C. d. vi.* Sæpenumerò autem quæsitum fuit, Num ipso jure, verò sententiâ judicis quis dominio rei suæ privetur? Et dicem de eo ferre sententiam debere, omnino affirmanm putamus cum gloss. Bart. Bald. & cæteris Dd. *in d. l. 7.* noch. *de recup. poss. remed. 9. q. 45. num. 305.* Donell. *d. loc. m. 6.* Non tamen indistinctè omnes pœnâ *d. l. 7.* tenen:. Sunt enim quædam exceptæ: I. omnes, qui intellectu loque carent, ut furiosus, infans & infantiæ proximus, *l. 14. ff. de offic. præs. & §. 18. Inst. de obl. ex del.* Donell. *ad l. 7. num. 10.* II. parens & patronus ratione filii & liberti, *cum duab. seqq. ff. de obs. par. & patr. præst.* gloss. Bart. & licet. *in d. l. 7.* Menoch. *d. remed. 9. recup. poss. num. 51.* Doll. *ibid. n. 10.* Diss. Alberic. Bald. Ang quos refellit Menous *d. loc. n. 54. & seqq.* III. Magistratus, qui jure officii sessionem à reo auferunt, & in actorem transferunt: *l. 3. f. Quod met. caus. l. 33. ff. de injur.* IV. Qui furem fugitem persecutus rem ei abstulit, *argum. l. 10. §. 16. ff. Quæ in ud. cred.* Menoch. *d. remed. 9. n. 189.* Dubitatum autem de iis personis, quibus in jure errare permittitur, veluti ut minores, fœminæ, rustici, milites, nunquid severitati nstitutionis, *dict. l. 8.* possessionem propriam invadentis jiciantur? Menoch. *d. rem. 9. num. 9. & seqq.* huncq; nosimè secutus Hackelm. *disp. 21. thes. 19. lit. a.* Treutl. *d. loc. f. ult. lit. c.* Bronch. *cent. 2. misc. contr. assert. 49.* affirmant. Menoch. *remed. 15. rec. poss. nu. 13. & resp. 1. in caus. V ina- n. n. 8.* g) contra quemcunque possessorem, etiam bonâ & cum titulo possidentem, Geil. *2. obs. 75. nu. 10. & seqq.* nf. *3. obs. 85.* Menoch. *d. rem. 15. n. 80. & seqq.* Cacher. *de- 93.* Jos. Lud. *dec. 59. nu. 8.* Diss. vulgò Dd. Kirchov. *cent. 6. el. 96.* & multi relati à Deciano *3. cons. 32. num. 5.*

15 Superſunt duæ interdictorum diviſi[...] una, quâ quædam ſimplicia *a* ſunt, quæda[...] plicia *b*: altera, quâ quædam ſunt annalia *c* [...] dam perpetua *d*.

a) In quibus alter actor, alter reus eſt, qualia ſun[...] reſtitutoria & exhibitoria, & etiam quædam prohi[...] *l.2.in princ ff.de interd.§.7.Inſt.eod.* veluti interdict[...] quid fiat in loco ſacro, *d.§.7.* & interdictum, Ne qui[...] flum.publ.ripâve ejus, & interdictum de arboribus [...] dis, quo id agitur, ne vis fiat ei, qui arborem in ſu[...] impendentem ex ædibus vicini adimere & colloca[...] & denique interdictum de itinere actuque, *d.l.2.in* [...] *d.t.* *b)* in quibus par utriusque litigatoris conditio[...] quisq; præcipuè reus vel actor intelligitur, ſed unu[...] tam rei, quàm actoris partes ſustinet. Tale eſt inter[...] retinendæ poſſeſſionis, uti poſſidetis & utrubi, *d.§.*[...] *2.in pr.& l.3.§.1.ff.uti poſſid.* Sed dubitatur; ſintn[...] duplicia interdicta illa, quæ recuperandæ & adip[...] poſſeſſionis causâ comparata ſunt. Ant.Fab. *libr.2* [...] *c.18.* id affirmat *per l.2.ff.de interd.l.1.§.1.verſ.inter* [...] *de Salvia.interd.* Cuja. verò *lib.4.obſ.11.* negat. Ant.[...] ſequûtur Pet. Heigius *in d.§.7.Inſt.de interd.n.5.* & [...] *d.diſput.25.vol.2.th.1.lit.f.in fin.* *c)* Veluti interdict[...] vis fiat ei, qui in poſſeſſionem miſſus eſt, *l.1.§.8.ff.N*[...] *ei, qui in poſſ.miſſ.eſt.* Unde vi, *l.1.§.39.ff.de vi & vi* [...] itinere actuque privato, *l.1.§.3.ff.de itin.act.priv.* Q[...] aut clàm, *l.15.§.3.& §.ſeq ff Quod vi, aut clàm.* Uti [...] tis, *l.1.in princ.ff.uti poſſid.* *d)* veluti interdictum [...] grando, *l.1.§.ult.ff.de migran.* de homine libero exh[...] *3.§.ult.ff.de lib.hom.exhib.* de precario, *l.8.§.pen.ff.*[...] de via publ. *l.1.§.ult.ff.de via publ.* Ne quid in loco [...] *l.2.§.pen.ff.Ne quid in loc.publ.* de tabulis exhibend[...] *pen.ff.de tab.exhib.* Ne vis fiat ei, qui in poſſeſſi[...] legatorum nomine miſſus eſt, *l.1.§.ult.ff.Ne* *vis fiat ei, qui in poſſeſſ. miſſ.eſt.*

DISPUTATIO XIII.
DE STIPULATIONE.

Respondente
WILHELMO VELBRUGGEN
Coloniensi.

STipulatio est contractus *a* nominatus *b*, civilis *c*, stricti juris *d*, qui de dando faciendoque aliquid interrogatione & responsione continuâ perficitur *e*: dicta ita à stipulo, quod veteribus firmum *f* erat, forte à stipite originem trahens: alio nomine appellatur verborum obligatio *g*.

a) *l.1.in fin.ff.de pact.* Cujac.*ad l.7.ff.eod.tit.l.prout 80.* *tit.§.cùm verbis contraximus.ff.de solut.* & *§.fin.Instit.de oblig.l.1.§.1.§.verbis.ff.de O.* & *A.l.certi 9.§.quoniam.ff.de reb.cred.l.1.l.2.ff.de novat.l.contractus 17.C.de fide instrum.* Donell *ad l.1.ff.de reb.cred.num.11.* & *seq.* Vultej.*ad princ. Inst.hoc tit.num.16.* Gœdd.*in tractat.de contrahend.stipul. c.1.conclus.3.usq. ad num.48.* b) *l.5.§.stipulatio autem.ff. hoc tit.l.1.in fin.ff.de pact.* & ratio est, quia propriâ formâ contrahendi constat, *l.1.ff.hoc tit.l.5.§.1.eod.* Gœddæ.*d.conclus.3.num.48.49.* & *multis seqq.* c) *§.de constituta pecunia.Instit.de act.* Paul.*libr.34.ad edict.§ sed jus 2.Institut. de jur.nat.gent.* & *civ.l.5.ex hoc jure.ff.de just.* & *jur. l.si ita stipulatus fuero 126.§.Chrysogonus.ff.hoc t.* & *arg.l.19.ff.de novat.juncta l.15.ff.de interd.* & *relegat.* Gœdd.*d.tract.c.2. concl.1.* Vultej.*ad princ.Instit.hoc tit.num.4.* d) *l.5.§.fin.l. seq.* & *ibid.* Duaren.*ff.de in lit.jur.l.un.§.sed etsi non ignoramus.C.de rei ux.act.§.actionum 28.Institut.de act.l.6.C.si certum petatur.* Ant.Faber *lib.5.conject.cap.10.* Gœdd.*dict. tract.cap.8.concl.1.* Sed obiter hîc quæritur? An per clausulam illam consuetam, Alles trewlich vnd ohne geferde: quę vulgò à Notariis instrumẽtis super cõtractu aliquo confectis adjici solet, induci possit, ut ex stricti juris cõtractu fiat

bonæ fidei? Affirmat Wesenb. *ad §. actionum* **28. Inst. de** *act. num.* 1. Sed malè, per rationes adductas à Gœdd. *d. loc. c.* 8. *concl.* 1. *num.* 25. c) *l. continuus actus* 137. *ff. h. tit.* Donell. *num.* 3. Jas. *num.* 3. & 4. Duar. Alciat. Zas. *ad l.* 5. §. *stipulatio autem ff. hoc tit.* Sichard. *ad rubric. C. h. t.* Anton. Fab. *lib.* 5. *conject. cap.* 10. Gœdd. *d. tract. cap.* 1. *conclus.* 3. *num.* 57. & *seq.* f) *princ. Inst. hoc tit.* Ratio hujus notationis est, quia stipulatio est firmior obligatio & obstringendæ obligationis causâ introducta. Cujac. *in parat. C. hoc tit.* Paul. *lib.* 5. *sent. tit.* 7. Donell. *ad rubric.* & *d. l.* 5. §. 1. *nu.* 2. *hoc tit.* Steph. Forcat. *Necyoman. dialog.* 72. *in fin.* Gœdd. *in d. tract. c.* 1. *concl.* 1. Wesenb. *ad prin. Inst. hoc tit.* Diss. Mynsi. *ex princ. Instit. h. t.* Coras. *lib.* 1. *miscell. cap.* 25. *n.* 8. M. Varro de lingua Latina *lib.* 4. g) per metonymiã effecti pro causa efficiente. Non enim est ipsa verborum obligatio, sed talis res, quæ veluti causa efficiens verborum obligationem parit, *l.* 1. *ff. de act.* & *oblig. l.* 52. *ff. eod.* §. *sequens* 2. *Instit. de oblig.* Alii synecdochen generis quoque pro specie in illa voce constituunt: Nam & alias verborum obligationis species præter stipulationem esse existimant, nimirum dotis dictionem & jusjurandum, quo operas, dona, munera, libertus juravit. Cujac. *ad rubric. ff. hoc tit.* Gœddæ. *in prolegom. d. tract. num.* 10. & *multis seqq.* Nos verò præter stipulationem, aliam verborum obligationem nullam, cum Donell. *ad rubr. ff. hoc tit.* & Vultej. *ad pr. Inst. h. t. n.* 11. 12. 13. & 14. agnoscimus, *arg. pr. d. t. Inst. l.* 1. §. 7. *l.* 52. §. 2 *ff. eod.* & arg. *l. ad exactionem* 6. *C. de dot. promiss.*

2 Cum omni nominato & innominato contractu stipulatio hoc commune habet, ut non aliter fiat quàm ex consensu *a*; cui cùm nihil magis contrarium sit quàm error *b*, uti cæteros contractus omnes, ita & hujus effectum is impedit, utq; nullius momenti fiat, omnino efficit *c*: Dolus autem metúsve obligationem ex hoc contractu jure quidem non impediunt *d*, doli tamen exceptione elidendam Leges vicissim jubent *e*.

a) *l.* 1. §.

a) *l.1.§. si stipulanti 4. eadem 5.circa fin.ff. hoc tit.l. is cui 4.ff. eod.* Gœdd. *d. tractat. cap.3. conclus.1.* b) *l. si per errorem 15. ff. de jurisd. l. nihil consensui 116. ff. de* R.J.. c) *arg. l. 1.ff. de pact. l.3. in fin. l. in omnib. 57. l. quacunq. ff. de* O. *&* A. *l.7.§. quod ferè 5 ff. de pact.* Necessarius enim est consensus utriusque partis, si rectè velimus contrahere. Error autem consensum non habet, quia consensui est planè contrarius. *d.l.15.ff. de jurisd. & d.l.116.ff. de R.jur.* d) *l. dolo 5.C. de inutil. stipul. l. si quis cùm aliter 36.ff.h.t. argum. l. si mulier 21.§. si metu coactus 5.ff. de dol. mal.* Jas. *ad l. sub praetextu 19. Cod. de transact. num.11.12. & ad l.12. num.8. ff. de re judic.* e) Cujac. Duar. Donell. *ad d.l. si quis cùm aliter 36.ff. hoc tit.* Gœdd. *d. cap.3. conclus.7. usque ad num.114.* In bonæ fidei contractibus circa dolum & metum distinguimus: Nam dolus vel metus aut causam contractus dedit, & sic ipso jure est diciturque nullus, aut causam quidem non principaliter dedit, sed indidit, & hoc casu exceptione tantùm, ut & in cæteris stricti juris contractibus infirmari elidique debet, *l. Julianus 13. §. per contrarium. & §. si quis colludente. l. ex empto 11.§. si quis virginem. ff. de act. empt. l. & eleganter 7.ff. de dolo mal. l. in causa 16. §.1.ff. de minor. l.3.§. ult. ff. pro socio. l.1. Cod. de rescind. vendit. & l. si mulier 21.§. si dos metu. ff. quod. met. caus. & argum. dict. l.116.ff. de* R. J. Covarr. *ad cap. possessor. part.4. §.6. num.6. lib.6. de* R. J. Cujac. Duar. Donell. *ad d.l.36.h.t.* Hartm. Pistor. *lib.1. quæst. Jur.23.* Gœdd. *d.c.3. conclus.7. num.114. usq; ad num.168.* Pinel. *in l.2. p.1.c.1. num.32. C. de rescind. vend.* Bronch. *cent.1. ass.57.* Harprecht. *ad §.28. num.14. Instit. de act.* Dissent. Johan. Robert. *lib.3. animad. c.1.2.3.4.5.* secutus Petrum de Bellaper. *ad l. si dolo. C. de rescind. vendit.* Jacob. Raven. item Johan. Fab. *ad §. actionem. Instit. de act.* Cyn. *ad l.3.C. de rescind. vend.* Coras. *lib.2. miscel. cap.8. nu.4.* qui contendunt, ne tum quidem, quando dolus contractui bonæ fidei causam dedit, contractum esse nullum ipso jure, sed dolum ex hoc contractu emendari actione vel exceptione ad annullandum & rescindendum propositâ.

3 Omnes qui naturâ & proprietate hujus contractus non impediuntur, nec lege & moribus

prohibentur, ſtipulari & promittere poſſunt *a*.

a) *arg.l.ſicut. C. de act. & oblig.l.1.§. verbis. l. obligamu* *52.l.filiusfam.36.l.obligari 43.l.in quibuscunq. ff.de O.& A* *l.1.*ubi Dd.*l.cui.hoc tit.*Gœdd.*d.tract.c.7.concl.1.*

nalis eſt, aut honoraria *f*: Honorariæ autem ſtipulationes ſunt, quæ honorariâ, hoc eſt, magiſtratuum & jus dicentium *g* autoritate formam ſuam acceperunt & exiguntur *h*; eæque ſunt triplices, judiciales, prætoriæ, & communes *i*. Judicialis eſt, quæ officio judicis judicando, hoc eſt, condemnando abſolvendoq; injungitur *k*. Prætoriæ ſunt, quæ ex mero ſoloque prætoris ſeu magiſtratus officio proficiſcuntur *l*. Et hæ prætoriæ à ſpeciali fine & uſu rurſus ſubdividuntur in judiciales, cautionales & communes *m*. Judiciales igitur illæ, ſic à fine & uſu appellatæ, ſunt ſtipulationes prætoriæ, quæ propter judicium, ut illud ratum fiat, interponi jubentur *n*. Cautionales prætoriæ ſunt, quæ inſtar actionis habent; &, ut actio ſit nova, intercedunt *o*. Communes prætoriæ ſtipulationes ſunt, quæ & judicis firmandi causâ, &, ut nova ſit actio, cautionis vice intercedunt, & quæ fiunt judicis ſiſtendi causâ *p*. Communes honorariæ ſtipulationes ſunt quæ non tantùm mero officio judicis, neque etiam prætoris abſoluto & ſimplici juſſu, verùm à judice modò, modò à prætore injunguntur *q*. Conventionales ſtipulationes ſunt, quæ ex mera conventione reorum fiunt; quarum totidem ſunt genera, quot penè dixerim rerum contrahendarum *r*.

a) Hic contractus proprius hujus eſt finis. Sola enim ſtipulatio ſit vinculi verborum conſtituendi causâ, ut illic ex interrogationis reſponſionisque conceptione ſit contractum, ut ex hujus conceptionis verborũ perfectione ſit abſolutum negocium. Paul. *lib. 5. ſent. tit. 7.* Cajus *lib. 2. Inſt. t. de obl. l. 1. §. verbis. ff. de obl. & act.* Gœdd. *d. tract. c. 5. conc*

b) Nic

b) Nicol. Mozz. *de contract. de stip. cap. Quare sit inventa stip. n. 2.* Gœdd. *d. c. 5. concl. 11.* Faciunt huc ea, quæ disputat idem *c. 3. concl. 3. & consect. & c. 5. concl. 2.* contra Dd. communiter, Cujac. *ad sent. Paul. lib. 5. t. 7. in pr.* Connan. *5. com. c. 9. n. 7.* Loriot. *in tit. de pact. c. 39.* Gomez. *lib. 2. var. res. c. 9. n. 3.* Hot. *in pr. Inst. h. t.* Govean. *libr. 1. var. lect. c. 26.* Vultej. *ad pr. Inst. hoc tit. n. 19.* qui omnes arbitrantur, stipulationem non subsistere, nisi aliam eamq; veram causam præsupponat, cùm tamen verissimum sit, stipulationem esse contractum, & propriâ suâ formâ consistere, nec alienâ juvari vel integrari. c) *l. 5. ff. h. t.* Paul. *d. lib. 5. sent. tit. 7.* d) Vultej. *in Jurisprud. cap. 39.* Hoc pleniùs demonstrabitur infrà in secunda divisione, quæ ex duplici hujus contractus fine oritur; quâ stipulatio alia esse dicetur principalis, alia accessoria. e) *l. 5. h. tit. l. 1. & t. t. ff. de prat. stipul. t. ff. in jus voc. ut eant. l. 2. l. 3. & tot. t. ff. qui satisd. cog. t. ff. si ex nox. caus. agat. t. ff. si quis caut. judic. sist. l. eum pro quo ff. de in jus voc. l. omnes 32. §. in hac autem. auth. generaliter. Cod. de Episcop. & Cler. tit. Inst. de divis. stipulat.* ex quibus textibus plus quàm manifestum est, quòd stipulationes etiam contrahantur judiciorum constituendorum confirmandorumque causâ. Gœdd. *d. tr. c. 5. concl. 11. n. 163.* f) Vultej. *lib. 1. Jurisp. cap. 39.* g) *d. l. 5. h. t. l. in conventionalibus ff. eod.* qui cùm pro jure ac potestate sui officii, *l. 4. ff. de jurisd. tit. Instit. de divis. stip. l. 1. l. 1. & t. tit. ff. Qui satisd. cog. l. 1. §. jubet. ff. de collat. bon.* exigant has stipulationes, non immeritò dicitur, eas ex necessitate jurisdictionis proficisci, *d. l. 5. hoc t. dict. l. 1. de prator. stipulat.* h) Vide Gœdd. *d. loc. nu. 174. & seqq.* i) *l. 5. & ibi interpp. omnes. hoc tit.* k) *dict. l. 5. hoc tit. §. 1. Instit. de divis. stip. §. praterea. vers. quod si neq; statim. Instit. de offic. judic. l. post acceptum. l. praterea. in fin. ff. de rei vindic.* Duaren Donell. *ad d. l. 5.* Vultej. *dict. c. 39.* Hujus generis est: I. de dolo cautio, *d. §. 1. Inst. de divis. stipulat.* Cujus in judiciis multiplex est usus. Gœdd. *d. c. 5. conclus. 15. num. 202. usq; ad num. 208.* II. Cautio, his rebus rectè præstari, *l. aliud est 71. §. 1. ff. de verbor. signif.* Gœdd. *dict. loc. num. 208. & seqq.* III. Stipulatio de servo persequendo, restituendo, pretióve restituendo ejus, qui in fuga est, *d. §. 1. Inst. de divis. stipul.* Gœdd. *ibid. n. 215. & seqq.* Ejusdem generis plura alia exempla passim

occurrunt,quarum quædam enarrat Gœdd.*dict.loc.n.224*
l) *d.l.5.h.t.§.2.Instit.de divis.stipulat.* Alciat.Zas.Duaren
Cujac. Donell.*ad d.l.5.* Vultej.*d.cap.39.* Prætoris appella
tione hîc omnem intelligimus magistratum,quique mag
stratus mandantis vice imperio fungitur & imperando j
dicit,*l.3.l.4.l.ult ff.de offic.ejus,cui mand.l.2.l.5.l.6.l.solet.*
de jurisdict. Prætoriæ igitur stipulationes sunt illæ, qu
imperando hoc fine injunguntur,ut,si non fiant,prætor si
magistratus procedat,non absolvendo vel condemnand
sed coërcendo exsequendoque,veluti quòd mittat in bo
non caventis, aut bona ejus jubeat possideri, aut pign
capi,vel mulctam indicat, aut actionem exceptionem
deneget,vel actionem det,*l.4.§.2.l.prætor.ff.de damn.infe*
l.1.ff.ex quibus caus.in possess.eat. dict.l.1.§.jubet.ff.de colla
bonor.§.si verò aliquis. Instit.de satisdat. l.qui proprio.§.q.
alium.l.servum.§.ait prætor. l.multis.§.pœna.ff.de procura
l.1.l.7.ff.quemadmodum usufruct.cav. l.si venditor.ff.de
ædil.edict.l.24.C.de evict.l.unic.ff.si quis jus dicenti non o
temp.l.2.§.1.ff.si quis in jus voc.non ier. Gœdd.*d.c.5.conc*
16. Observandum hîc,quòd prætoriarum stipulationu
quædam sint,quæ satisdationem exigunt,quædam tantù
nudam repromissionem habeant,*l.1.§.stipulationum.ff.de*
prætor.stipulat. Sed earum,quæ repromissioni acquiescun
perpaucæ sunt, veluti I.Stipulatio ex novi operis nunci
tione. II. Duplæ stipulatio. III. Damni infecti stipul
tio. Quæ stipulationes aliquando nudam habent rep
missionem. Cæteræ omnes regulariter satisdationem p
stulant, & quidem eam, quæ fit non datis pignoribus,
fidejussoribus,*l.1.ff.qui satisd.cog.* Gœddæ.*d.cap.5.concl.*
m) *l.1.l.2.ff.de prætor.stipulat.* Omnes enim stipulatio
prætor exigit & injungit,aut judicii causâ peculiariter,
ut instar actionis intercedat,aut utriusq; causâ, tum ut
dicium constituant,tum ut novam actionē conficiant,
instar actionis intercedant. n) Hujus generis duo exem
proponuntur *in d.l.1.ff.de præt stipul.* Primum est judi
tum solvi; & habet hæc stipulatio tres clausulas in un
coactas;judicatum solvi,rem rectè defendi, & dolum
lum abesse abfuturumque, ut si ex una sit commissa,in
lidum censeatur commissa, nec ampliùs in eadem per

co

committi ex cæteris clausulis queat, *l.5.§.in hac.l.6.l.cùm quærebatur 13.l.ex clausula 17.l.19.l.ultima.ff.judic.solvi.* Gœdd.*d.c.5.concluſ.18.n.238.* Alterum exemplum eſt in ſtipulatione ex novi operis nuntiatione, *dict.l.1.ff.de prat.ſtip.* Gœdd.*ibid.num.242.* o) *d.l.1.ff.de prat.ſtipul.* hoc eſt, cautionales non ſunt ideo comparatæ, ut reverâ ratum ac firmum judicium faciant, ac committantur ex eo, quod judicatum fuerit, uti judiciales prętoriæ, ſed alterutrum horum efficiant, aut ut inſtar actionis habeant, aut ut nova actio intercedat, ſive judicii, ut ratum fiat, ſive alterius rei causâ exigantur, *d.l.1.l.non ſolùm.ff.rem rat.hab.l.ſi Stichum.§.1.ff.de novat.l.1.l.4.§.1.§.hanc ſtipulationem.§.generaliter.ff.rem pup.ſal.for.* Duplex hîc oritur quæſtio: I. An ulla cautionalis prætoria ſtipulatio pro tribunali inſtar actionis petatur? II. An per quamlibet cautionalem prætoriam contingat novatio, & inde ea nomen habeat? Ad utramque quæſtionem affirmativè reſpondet Ant.Fab.*libr.3.conj.c.1.* ſed ejus argumenta recenſet & prolixè refutat Gœdd.*d.c.5.concl.19.à n.248.uſq; ad n.273.* Ex hiſce apparet, cautionales ſtipulationes eſſe duplices. I. quòd, cùm nulla ſit prior actio, ob quā intercedant, inſtar actionis habeant, & inſtar actionis pro tribunali petantur. II. quòd cùm alia ſit actio, ob quam intercedant, novæ actionis vice cenſeantur. Inſtar actionis ſe habent ſtipulatio, de damno infecto, legatorum nominé, ſi cui plus, quàm per legem Falcidiā licuerit, legatū ſit de collat.faciendâ, Gœdd.*d.loc n.273 & ſeqq.* Ut nova ſit actio, potiſſimùm hæ faciunt, Rem ratā haberi, rem pupilli ſalvam fore, duplæ ob evictionē, cautio uſufructuaria, item cautio ex ędilitio edicto de reb.morboſis & vitioſis venditis, cautio, q̄ ſubſtituto facienda, & ſi quæ ejus generis aliæ. Gœd.*ib.n.278.& ſeqq.* Quod attinet ſtipulationē rem ratā haberi, quidam ex Dd.inter quos Cujacius, putarunt, eam prætoriam judicialem, non verò cautionalē eſſe. Perperam, ut bene docuit Ant.Fab.*d.libr.3.conj.c.1.* & poſt eū Gœdd. *d.loc.n.280.& 281.* De cautione quoq; Mutianâ dubitatum eſt, An ſit prætoria cautionalis, nec ne? Et prætoriam cautionalem eſſe, inde conſtat, quòd recepta jure dicitur, & defendi juris autoritate, *l.cū filius 76.§.Mutiana.ff.de leg.2.l.7.l.18.l.67.l.72.l.77.§.Mutiana.l.79.§.qui poſt.l.pater 10.ff.de*

condit. & demonstr. Gœdd. *d. loc. n. 290.* ubi *nu. 291.* attingit huic vicinam quæstionem, An etiam in contractibus locus sit huic cautioni Mutianæ? quã negativè decidit cum Ant. Fab. *lib. 2. conj. c. 16.* & Forcatul. *Dialog. 94. Necyoman.* Diss. Guilhelm. de Cune. *ad l. dedi. ff. de condict. caus. dat.* qui affirmat. Aliter dissent. Bart. & Jas. *nu. 21. ad l. sive aquo. C. de transact.* & Bart. *in l. 5. §. quod si faciam. ff. de præscript. verb.* qui distinguunt inter contractus stricti juris & bonæ fidei; quasi in his, non etiam in illis cautio Mutiana locum sortiatur. p) *d. l. 1. vers. communes. ff. de prat. stip.* His enim cautionib. hoc intendimus, & ut judiciũ accipiatur, & ut de eo securiores ac cautione majore tuti simus, quod petituri. Gœdd. *d. c. 5. concl. 20.* q) Cuj. & Don. *n. 19. 20. & seqq. ad d. l. 5. h. t. per illam l. & §. fi. Inst. de div. stip.* Hujus generis sunt, stipulatio, rem pupilli salvam fore, rem ratam haberi, & duplæ stipulatio. Tres hæ stipulationes naturâ origine suâ sunt prætoriæ, ac mero prætoris officio expediuntur, sed aliquo casu per accidens fiunt judiciales, ut à judice etiam dato expediantur, mero judicis tantùm cognoscentis & pronunciantis officio. Gœdd. *d. c. 5. concl. 22. usq. ad nu. 322.* ubi *à n. 323. usq. ad num. 329.* rectè refutat communem DD. scholam, quæ tradit, prætorias esse stipulationes, quæ non à Jure civili, sed prætorio per prætorem mortuum in suis edictis adinventæ, per judicem viventem exiguntur. Judiciales verò, quæ à legibus JCtorũ vel Impp. sanctionibus sunt adinventæ, & per officium vivi judicis, ubicunque ei visum fuerit, exercentur. Ac per consequens, communes stipulationes esse, quæ reperiuntur in quibusdam casibus à Jure prætorio, in quibusdam à Jure civili introductæ. Joh. Fab. Angel. Wes. Schneid. Myns. & alii *ad tit. Inst. de divis. stipul.* r) *d. l. 5. §. conventionales. Instit. de divis. stipul.* Gœdd. *d. c. 5. conclus. 23.*

12 Altera divisio, quæ ex fine hujus contractus oritur, est, quòd alia stipulatio sit principalis, alia accessoria *a.* Principalis nihil aliud est, quàm mera ac sola stipulatio, quæ hoc fine suscipitur, ut principaliter per & propter se, non propter alium se-

curi

ritatis causâ promissor sit obligatus *b*. Accesso-ria est, quæ ita obligat promissorem, ut ad promis-sores seu fidejussores quoq; ab eo accipiantur, id est, qui idem promittant *c*. Hinc fidejussio dicitur stipulatio, quâ interrogatus alienã obligationem fide suâ esse jubet *d*. Hæc in omnibus omnino ob-ligationibus assumi potest, i. e. sive re, sive verbis, sive literis, sive consensu contractę fuerint *e*: At ne illud quidem interest, utrùm civilis, an naturalis *f* sit obligatio, cui fidejussio adjicitur, in tantum, ut ne dotem quidem excipiendam putemus *g*; pro omni etiam delicto, tum privato *h*, tum publico *i* & quasi delicto, modò non capitale sit, fidejusso-rem indistinctè admittendum esse, communi Dd. calculo receptum est, qui idem solvat, quod ex na-tura actionis pœnæ nomine solvendũ erat. Quod si verò capitale est *k*, non absolutè quidem, sed ma-gistratus arbitrio, de crimine cognoscentis, ad-mitti potest fidejussor; ita tamen, ut non ad ean-dem capitis pœnam *l*, sed certam pecuniæ quanti-tatem fisco inferendam obligetur. Porrò quem-admodũ principalis obligatio de eadem re, & per plures reos *m* promittẽdi & stipulandi contrahi *n*: ita & hęc fidejussoria sive accessoria stipulatio po-test à pluribus, cùm fidejussoribus, tum stipulato-ribus celebrari *o*, ita ut singuli in solidum *p* conve-niri & obligari ipso jure *q* possint. Hodie autem tribus beneficiis solent fidejussores gaudere, quo-rum primum ordinis *r* est, divisionis *s* alterum, tertium cedendarum actionum *t*.

a) *d.l.5.v.conventionalis.§.satisacceptio.ff.h.t.ubi Interpp.*
b) *auditus 12. C.de fidej.l.1.l.2.l.3.l.4.l.6.§.1.& seqq.l.16.l.*

34.l.55.l.57.l.70.in principio §.1. §.final. ff.hoc titulo.l.cen
turn. ff.de eo, quod cert.loc. Obstat, quòd nulla stipulati
possit esse principalis, cùm nulla sit, quæ non sit & accesso
ria, *arg.d.l.5. vers.conventionales. v.& penderit ex negoti*
contracto.ff.h.t. Vide Gœdd.*d.c.5. conclus.2.& quæ in the*
praced. ad lit.b.dicta sunt. b) Quam stipulationem JCtu
in d.l.5.§ stipulatio, definit solummodò conceptionem ver
borum, quâ quis ad interrogata se daturum facturumqu
respondet. s) *§.1. Instit.de fidejuss.d.l.5.§.satis acceptio,* & i
Cujac.Donell.Zas.& Dd.omnes *h.tit.* Gœdd.*d.c.5.concl.*
d) *d.§.1.Inst.de fidejuss.d.l.1.§.verbis.v.sed aut proprio.ff.de*
O.& A.l.1.l.2.l.3.l.4.l.Gracè.in princ.& t.t.de fidej. Sine st
pulatione fidejussor non constituitur, *l.Gracè.ff.de fidej.l.2*
l.5.l.si pater 6.l.blanditus.C.eod. Nec obstat *l.4.§.fi.ff.de fi*
dejuss. Vide Gœd.*d.c.15.concl.5.n.23.* Eoq; differt fidejusso
primò à mandatore, *arg.l.si mandavero 22. ff.mandat.l.*
quis 27.ff.eod.junct.t.Inst.de mand.l.1.l.2.l.32.ff.eod. Gœdd
ibid.num.18.19.20.21.& 22. Dissent. Brechæus *ad l.sponsio*
in fin.ff.de V.S. & Myns.*ad §.fidejuss.num.2.Instit.de fidejuss*
qui aliam differentiam faciunt inter fidejussorem & man
datorem, nimirum, illum præcedere & sequi posse, at huc
tantùm præcedere. Malè. Vide Gœdd.*dict.cap.5.conclus.*
num.22. Deinde fidejussor propter stipulationem, quâ con
stituitur, differt à sponsore. Dissentiunt rursus Brechæus
Myns.*d.loc.* putantes, in eo sponsorem à fidejussore differr
quòd sponsor sit, qui pro alio fidejubet, sed sine mandat
fidejussor, qui mandante sive rogante reo principali inte
cedit. Verùm hoc posterius verum non est. Fidejussor eni
is propriè censetur, qui sine mandato animo gerendi neg
tium pro debitore fidejubet, *l.4.l.5.vers.idem est. ibi, si p*
te fidejussero, dum puto mihi à te mandatũ esse.ff.de neg.ge
l.30.ff.de fidejuss.l.20.§.1.ff.mand. Gœdd.*d.c.5.conclus.5.n*
24.usq; ad fin. Gœdd.*d.loc.n.28.* e) *l.1.l.2.l.Gracè 8.§.à t*
tore.ff.de fidejuss.§.1.Instit.eod. Bronch.*cent.4.ass.60.* f)
§.1.Instit.de fidejuss.d.l.1.& l.16.§.fidejussor.ff.eod. Bronch
loc. Hinc fi , ut is, qui pro pupillo sine tutoris autoritate n
turaliter obligato fidejubet, non solùm naturaliter, sed
civiliter obligetur, *l.Marcellus 25.l.2.l.16.§.fidejussor.ff.d*
fidej.l.si pupillus 127.ff.de verb.oblig. Gœd.*d.tr.c.7.concl.*
n.1

n.131. & 132. Obstat, quòd fidejussor in duriorem causam, quàm reus principalis astringi nequeat, *§. fidejussores. Inst. de fidejuss. l. Grae. § illud. ff. de fidejuss.* Respondeo, id respectu materiæ & formæ accipiendum esse, non quo ad intercessionis effectum & personas, quæ efficaciùs & firmiùs ipso principali devinciri, dummodo in eandẽ causam, possunt. Wes. *ad d. §. fidejussores. Inst. h. t.* & Gœdd. *d. tr. c. 6. concl. 24. in princ.* g) Cum Duareno *c. 4. de dote.* Connan. *lib. 8. com. c. 9.* Hot. *in disput. de dote*, & aliis circa hanc rem statuimus, maritum ad dandum fidejussorem dotis ab uxore quidem cogi non posse constante matrimonio, si tamen ultrò det maritus, datum fidejussorem obligari, *arg. rubr. l. 1. & 2. C. ne fidej. dot. dẽtur; & quia pignus uxori à marito dari potest. l. quod autem. § si uxor. ff. de don. int. vir. & ux.* Diss. Cujac. *tract. 4. ad Afric. ad l. si vir uxori 17. § si mulier. ff. ad SCtum Vellej. & in parat. C. ne fidej. dot. dent.* Gœdd. *d. c. 6. concl. 23. n. 360. & seqq. usq; ad nu. 392.* Fach. *lib. 8. contr. c. 75.* h) pro eo, cum quo ex causa delicti privati agitur civiliter, nulla dubitatio est, quin non solùm judicio sisti, sed & judicatum solvi, imò pœnæ solvendæ causâ fidejussor dari possit, *l. 3. ff. qui satisd. cog. l. 1. l. 2. ff. si ex nox. caus. agat. l. si eum. § qui injuriarum. ff. si quis caution. jud. sist. l. Gracè 8. § sed et si ex delicto. ff. de fidejuss.* i) Si de crimine aliquo accusatio instituatur, & reus in judicio compareat, vel jam in carcere detineatur, videndum est, an crimen illud tantùm mereatur pœnam pecuniariã, an verò corporalem. Si pecuniariam tantùm meruerit, tum dato fidejussore relaxandus est; quia nulla ratio, cur hoc casu repudiari debeat fidejussor, & potiùs carceri tradi reus. Julius Clar. *d. q. 46. n. 6. & 11.* Gom. *d. c. 9. n. 8 & seqq.* Meno. *d. cas. 303. n. 3.* k) Hoc casu scilic. quo criminalis pœna pecuniaria reo infligenda non est, sed alia gravior, corporalis, sive sanguinis, sive alterius gravioris coercitionis. Communis opinio est, reũ dato fidejussore relaxandũ non esse. Clar. *d. q. 46. n. 7. & seq.* Gomez. *d. n. 8.* Covarr. *var. resol. lib. 2. c. 8. n. 8.* Bronch. novissimè *cent. 4. ass. 58.* Wes. *in parat. ff. de custod. reo. n. 5.* Contrà verò si ex Jure civili hęc res decidenda esset, Menochio *d. cas. 303. n. 16. & 17.* videtur, arbitrio jus dicentis, consideratis circumstantiis & personæ cõditione ac qualitate, posse hunc etiam reum admissis fidejussorib. q judicio sisti, & ut defẽdat se, sentẽtięq;

executionem expectet, vel certè die ferendæ sententiæ i
carcerem se recipiat, promitteret certâ pecuniæ summâ, ve
incertâ pœnæ nomine expressâ, relaxari. Eandē sententiā
defendit Gœdd. *d.c.6.concl 23. n.412.413.usq; ad n.425. p*
l.1.2.& 3.ff.de custod.reor.& l.eos 6.§.super his.C.de appell.
l) Nemo enim est dominus membrorum suorum, mul
minùs vitæ suæ, *l. liber homo 13.ff.ad L. Aquil.* Diss. Alberi
de Rosa *in 1.part. statu.quæst 51.incip. Et ex prædictis pote*
oriri alia quæstio &c. qui conatus est probare, posse alique
fidejubendo, in se alienā pœnam corporalem recipere; s
rectè ipsius sententia reprobatur ab Hipp. de Mars. *de fide*
num.208.209. & pleniùs refutatur à Gœdd. *d.c.6.conclus.2*
num. 414. & num. 415. *m)* Reus quidem usitato more lo
quendi dicitur is, cum quo agitur, & qui debet; attamen
is reus, cui quid debetur, & qui agit, rectè dicitur, *l.6.ff.de*
V.S.l.5.§.conventionales.ff.hoc tit.l.si duo.ff.de recept.arbit
l.si unus.ff.de pact.Cic.2.de orat. n) *l.si duo 128.ff.h.t.l.2.*
3. & tot.t.ff.& C.de duob.reis. Ant. Gomez. *tom.2.varia*
resol.c.12. Duarenus *de duob.reis.in pr.* idq; utilitas credito
rum peperit, id agentium, ut in eo, quod sibi debetur, & tu
tiùs & meliùs cautum sit, Donell. *c.1.de duob.reis.* Gœdd.
tr.c.5.concl.10. Qui stipulantur, rei stipulandi, qui verò pro
mittunt, rei promittendi dicūtur. Sunt autem duo rei stipu
landi, qui eandem rem ab eodem in solidum stipulati sun
eâ mente, ut quamvis solida singulis, una tamen omnib
debeatur, *§.penult.Inst.de duobus reis.* Quatuor enim sun
quæ duos reos stipulandi faciunt, non separatim, sed co
currentia, ut si vel unum deficiat, correi credendi sive stip
landi non sint. I. Ut eandē rem stipulentur omnes. II.
ab eodem. III. Ut solidam singuli. IV. Ita solidam, ut
men una eademq; res versetur in utriusq; obligation
quæsita, *d.l.2.l.3.l.6.eandem.§.penult.& ult.l.si id quod.ff.*
duob.reis.§.penult.Inst.eod. Vice versâ duo rei promitte
sunt, quorum singuli eandem rem eidem stipulanti in so
dum promittunt, eâ mente, ut quamvis solidam singuli,
nam tamen omnes debeant, *dict.l.2.l.3.§.ult.ff.de duob.r.*
Donell. *d.loc.c.4.de duob.reis.* Ergo omnia ex contrario
duobus reis promissoribus requiruntur concurrere, qua
duobus reis stipulatorib. quatuor videl. de quibus Gœ
d.co

l. conclus. 10. cap. 5. num. 126. o) *l. reos principales 23. C. de fidejuss. l. si plures 27. l. si dubitet 10. §. 1. ff. de fidejuss. §. si plures. Inst. eod.* Sed audi, quid de hac re sentiant vulgò Dd. Bartol. *in l. eandem. n. 6. in fin. ff. de duob. reis.* Donell. *d. c. 4. n. 1. & 9. de duob. reis.* Duarenus & alii de duobus reis promittendi statuunt, nullos esse, nisi principaliter obligatos. Ideoque Donell. *d. loc.* hoc ampliùs in duob. reis tam promittendi, quàm credendi exigit, ut promittant hanc ipsam eandem rem principaliter, & fiant principales debendi rei. Itaq; si duo fidejussores apud eundem principalē creditorem pro unâ eademq; obligatione fidejubeant in solidum, negant, hos duos reos promittendi dici, ac proinde duorū reorum debendi, obligationem accessoriè cadere non posse. Verùm hanc opinionem falsam erroneamq; putamus, nec ineptè statuimus, duos reos stipulandi & promittendi non minùs accessoriè, quàm principaliter esse posse, quoties plures uno eodemque ejusdem obligationis vinculo continentur, non si diverso. Ratio hujus juris firmissima hæc est: Duo rei debendi, ut & credendi, propriè appellantur & definiuntur ab unitate & paritate ejusdem obligationis in solidū receptæ ex quatuor illis requisitis suprà ad lit. n. allatis. Atqui hæc unitas, hæc paritas, hæc solidi receptio æquè in fidejussores cadit, uti in duos constituentes, *l. 16. ff. de const. pec.* mandantes, *l. 60. §. duob. ff. mand. l. 52. §. fin. ff. de fidej. l. reos. l. fi. C. de fidej.* ementes, principaliter stipulantes: nempe, eandē rem duo fidejussores promittūt omnes, promittunt uni eidēq;, solidam promittunt, eamque ita solidam, ut una eademq; sit obligatio, fidejussoria scil. Duo igitur rei sint necesse est. Etenim cui convenit definitio, illi & definitum. Dissentientium, Bartoli, Duareni, Donelli & aliorum argumenta examinat Gœd. *d. c. 5. concl. 10 n. 144. & seqq. usq; ad n. 160.* p) *l. inter 28. l. si dubitet 10. ff. de fidej. l. reos 23. C. eod. §. 1. Inst. de duobus reis.* Nec obstat *l. item si filiusfam. 7. §. idem ait si duos. ff. de SCto Maced.* Vide Gœdd. *c. 9. concl. 5. nu. 84. 85. & 86.* Quæritur, an adhuc Jure Novellarum novissimo duo vel plures rei debendi singuli in solidum teneantur? Affirmantium, Donelli *in auth. hoc ita. C. de duob. reis.* Borch. *in com. de pact. c. 2. in 3. pact. divis.* Costalii *ad l. vir uxori 17. ff. ad SCtum Vellej.* Bronch. *cent. 2. ass. 90.* opinionem ample-

ctimur. Disſ. Cuj. *in Novell. 99. & lib. 22. obſerv. 5.*
in §. 1. Inſtit. de duob. reis. Mynſ. *ibid. num. 4. & 5.* Du
duob. reis c. 2. Weſ. *in parat. ff. de duob. reis. num. 7.*
in pract. obſ. tit. 28. obſ. 11. Gœdd. *d. c. 5. concl. 10. n. 1.*
concluſ. 5. num. 127. & ſeqq. *q)* Imò non ſolùm in
dejuſſores ipſo jure nõ cenſetur diviſa obligatio; &
eſt, quem ex iis convenire malit creditor, *l. 3. in fin.*
16. & l. reos 23. C. de fidejuſſ. §. ſi plures. Inſt. eod. veru
omiſſo reo principali poterit ſtatim cõvenire fidej
vel aliquem confidejuſſorum, aut omnes, ſi natur
gationis ſpectemus, *d. l. 3. & l. 5. C. de fidejuſſ.* Sed h
jure veteri; ſecus eſt de jure novo, uti dicetur in ſeq
enim noviſſimo fidejuſſor non priùs conveniri
quàm excuſſis primùm bonis rei principalis præſ
ſolvendo eſt vel eſſe creditur, *Novell. 4.* ubi Cujac. *a*
& mandator. Donell. *ad l. 2. C. de fidejuſſ.* Mynſ. *ce*
15. Geil. *libr. 2. obſ. 27. & 28.* Weſenb. *conſ. 10. vol. 1.*
tom. 2. var. reſol. c. 13. nu 14. *s)* Quòd ſi ordinis b
non utantur, vel uti nequeant fidejuſſores, & ex p
confidejuſſoribus unus aut plures conveniantur, pe
epiſtola Divi Hadriani petere obligationem inter
qui ſolvendo ſunt litis conteſtatæ tempore, in parte
dividi, nec ſe in plus, quàm virilem exigi: quæ exce
citur diviſionis, *§ ſi plures. Inſtit. de fidejuſſ. l. inter fid*
26. l. ſi plures. §. ult. l. ſi contendat. ff. eod. l. fidejuſſor
23. C. de fidejuſſ. l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tutel. & r.
Schneid *& alii interpp. ad d. §. ſi plures. Inſtit. de fide*
mez. tom. 2. var. reſol. c. 13. num. 15. *t)* Si quis confi
rum neutro uſus beneficio, quamvis in ſolidum re
veniatur & condemnetur, non priùs tamen cogetu
re, quàm ceſſis ſibi à creditore in debitorem & con
ſores actionibus, *l. 2. l. cùm aliter 11. C. de fidejuſſ. l. ſ*
17. l. cùm is 36. l. ut fidejuſſor 39. ibi Bartol. *ff. eod.* Go
c. 13. tom. 2. var. reſol. num. 15. Oportet autem merc
centis officio vel ope exceptionis cogi creditorem, u
ceſſionem vel faciat, vel promittat ſaltem dum ſ
Antè enim ab invito creditore poſtulare non poteſt,
poſtea, niſi interim dum fidejuſſor ſolvit, conveneri
vel expreſſè, *d. l. 2. l. cùm aliter 11. C. de fidejuſſ.* Ante

enim paratus est solvere, nullo modo potest creditor obligatus videri, ut cedat fidejussori actiones suas. Quòd si solutione dissolutæ fuerint actiones, nihilque conventum de iis cedendis, dum adhuc competebant, frustra ceduntur postea, quando jam solutione sunt sublatæ, *d.l.2.C.de fidejuss.l.Stichum 95.§.si mandato.l.75.ff.de solut.l.1.§.nunc tractemus.ff.de tut. & rat.distr.* Quo ad hoc posterius, dissentiunt Bartolus & Castrensis, *ad l.cùm is qui 36.ff de fidejuss.* existimantes, à creditore etiam ex pòst-facto posse cedi actiones, tam adversus debitorem principalem, quàm confidejussores competentes. Rationes illorum examinat Gœdd.*cap.19. conclus.5.num.120.121.& seqq. usq; ad n.127.* Cæterùm notandum, etsi hoc cedendarum actionum beneficio gaudeant correi debendi, itemque promittendi, *l.2. C.de duob.reis. l.Modestinus. l.Stichum. §.si mandato. ff.de solut.* Gœdd.*d.loc. num.134.* duo tamen illa superiora beneficia ipsis non competunt, divisionis scilicet (secundùm Donell.*in authent. hoc ita. C.de duobus reis,* & alios suprà *ad literam p. alleg.* Dissent.Gœddæus *dict.cap.9.conclus.5. num.131.& seqq.)* & ordinis, secundùm Gœdd.*d.conclus.5. cap.9.num.128.129.& 130.* Dissent.Bart.*in d.auth. hoc ita. num.29. C.de duob.reis.* Anton.Gomez.*tom.2.var.resolut. cap.12. num.2. vers.quaro tamen.* & cæteri Dd. communiter.

13 In stipulationem deducuntur res aut facta. Omnis enim res, quæ dominio nostro subjicitur, sive mobilis sit, sive immobilis, tam corporalis, quàm incorporalis *a*, in eam venit. Quæ igitur res naturâ vel hominum commercio exemptæ aut prohibitæ sunt, in stipulationem deduci nequeunt. Naturâ autem exemptæ sunt eæ, quæ neque in rerum natura extant, neque futuræ sperantur *b*, ut Hippocentaurus *c*, homo mortuus *d*, vel homo non moriturus *e*. Jure, veluti res sacræ, religiosæ, sanctæ *f*, liber homo *g*, res hostium *h*, item ea quæ sunt publica *i*. Præter ea

casus sunt plures alii, quibus res in stipulationem
de jure deducere prohibemur; primò, etsi stipu-
latio prætextu accusationis institutæ vel institu-
endæ ritè interposita, si metus justus non inter-
cessit *k*, infirma non sit *l*; tamen si sit tale crimen
de quo pacisci & transigere non liceat *m*, ob quo
pecunia data fuerit, & stipulatio interveniat, n
accusatio ejus exerceatur, petitio ex stipulation
ejus pecuniæ denegatur, hoc est, stipulatio ista pr
infirma habetur *n*. Deinde rem nostram *o* purè
stipulari utiliter non possumus, nec deducere in
stipulationem res litigiosas *q*, fundum dotalem *r*,
hereditatem viventis *s*. Multum tamen interest,
utrùm ego stipuler rem, cujus commercium ha-
bere non possum, an quis promittat. Si stipuler
rem, cujus commercium non habeo, inutilem
esse stipulationem, placet *t*. Si quis promittat, cu-
jus commercium non habet; ipsi nocere, non
mihi *u*, neque inter stipulationem & legatum di-
stinguimus *x*. Sed etsi ab initio utiliter res in sti-
pulationem deducta sit, si tamen postea in ali-
quem prædictorum casuum sine facto promisso-
ris devenerit, extinguitur stipulatio *y*.

a) Gœdd. *d. tract. cap. 6. num. 12. & multis seqq.* b) *§.*
§. 2. §. 3. cum ibi notatis ab Angelo, Bart. Accurs. Schneid
Mynsing & aliis. *Instit. de inutil. stip. l. si stipuler 35. l. inter sti-*
pulantem. §. sacram. l. liber homo 103. ff. hoc tit. l. domum. ff.
contrah. empt. l. 1. §. si id quod. ff. de oblig. & act. *c*) Quò
autem Hippocentaurus in rerum naturâ non sit, neque se-
cundùm naturæ ordinem spectetur, ex Galeno probat Al
ciat. *lib. 9. parerg. cap. 13.* Vide Gœdd. *d. cap. 6. num. 28. 29. 30*
31. d) *l. si homo 69. ff. hoc tit. l. 1. §. si id quod. ff. de O. &*
Homo quippe jam non est, sed cadaver. Sed hoc it
ni

ra nisi mortuus etiam servus debeatur, ut de eo reus possit condemnari, perinde ac si superstes, ut accidit furi, prędoni, malæ fidei possessori, culpâ vel dolo interficienti, & ei, qui in morâ est, *l. nemo 82. §. 1. l. si ex legati 23. ff. h. tit. l. in re. §. 1. l. ult. ff. de condi. furt. l. si servum 91. §. sequitur. hoc tit.* Tum enim si Stichum stipuler, qui mortuus est, utiliter stipulari videor, ut in id, quod interest, sequatur condemnatio, aut in pœnam, si qua subdita est. Nam tunc per metonymiam hominem pro ejus æstimatione & accessione, tum ἀναφορικῶς, si pœnam loco ejus, quod interest, subjeci, stipulatus censeri queo, *l. 83. §. Stichum.* ubi Donell. Alciat. *& alii. ff. h. t. l. si stipulor 35. vers. ut detur. ff. h. t.* e) *l. non moriturum. C. hoc tit.* Quod in tantum verum dicunt, ut nec promissioni hominis mortui, nec hominis nunquam morituri pœnalis stipulatio addi possit. Non enim committi potest rei impossibilis pœna, *d. l. si homo 69.* Quid, si tamen pœnalis stipulatio sit subdita, an impossibilis vel inefficax redditur per præcedentem stipulationem de re impossibili vel per se inefficacem? Magis est, ut dicamus videri joco contrahi talem stipulationem, nec committi posse, *l. stipulatio hoc modo 61. l. quidam cùm filium 132. ff. hoc tit.* Gœdd. *d. cap. 6. nu. 35 & 36.* f) *§. universitatis. §. sacra. & seqq. Institut. de rer. divis. l. 1. ff. eod. d. §. 1. & 2. Instit. de inutil. stipulat. l. inter 83. §. sacram. ff. hoc tit.* g) *l. liber homo 103. h. t. & l. si stipulor 30. eod.* Nec distinguitur hîc, an inter ignorantes vel scientes stipulatio, de homine libero sit contracta. Utroque enim casu inutilis est stipulatio, *d. l. liber homo 103. & l. inter stipulantem. §. sacram. ff. h. t.* Atque in hoc differt stipulatio ab emptione-venditione, *l. 4. l. 70. ff. de contr. empt.* Gœddæ. *d. cap. 6. concl. 2. num. 38. & 39.* h) *dict. l. liber homo 103. in fin.* ubi Dd. *l. 104. §. etiam. ff. de lega.* Joh. Robert. *libr. 1. sent. jur. cap. 17.* Nam quæ à nobis haberi ac possideri non queunt, frustra stipulamur, *l. stipulor 30. ff. hoc tit.* Res autem hostium, nisi aliquo casu nostræ fieri queant, à nobis neque haberi, neque possideri queunt, *dict. l. liber homo 103. h. tit.* Gœdd. *d. c. 6. conclus. 5. per tot.* i) *§. universitatis. Instit. de rerum divis. §. 2. Institut. de inutil. stipulat.* k) Oportet omnem stipulationem contractam esse sine justo metu & errore attrociore; alioquin doli mali & metus exceptio

petitionem infirmat, *l. si quidem 9. C. de contrah. & commutt. stip. l. 1. l. 2. & tot. tit. ff. de dol. mal. except.* l) *d. l. si quidem 9. Cod. h. tit.* m) de criminibus publicis, quæ pœnam sanguinis non ingerunt, transigere non licet, *l. transigere 18 C. de transact.* n) *d. l. 9. C. h. t.* o) *l. nemo 82. l. 87. ff. h. t. §. 21 Instit. de inutil. stip.* Quod enim semel meum est, ampliùs meum fieri non potest, *l. 3. §. non ut ex pluribus. ff. de acquir poss. l. non ut ex pluribus. ff. de R. J.* Tradi tamen rem suam quis rectè stipulatur, non ut res ipsius fiat, & proprietatem accipiat à dante, sed ut tradatur possessio ejus rei vel detentio, *l. si rem 28. ff. h. tit.* Gœdd. *d. c. 6. concl. 6.* p) Si quis verò rem suam in eum casum stipulatur, quo sua futura non est, aut sub conditione; & tum quando conditio illa existit, non sit ampliùs in stipulatoris patrimonio, utiq; ab initio firma intelligitur, *d. l. nemo 82. & d. l. 87. ff. h. t. d. §. 21. Inst. de inutil. stip.* Gœdd. *d. loc. n. 89.* q) *t. tit. ff. & C. de litigios.* Gœd. *d. c. 6. conclus. 8.* r) *t. tit. de fundo dotal. §. 1. Inst. quibus alien. lic. cùm ibi notat. ab* Interpp. Schneid. Mynf. Wes. Hotom. Baron. & aliis. s) non solùm acquirendam, sed &, ut repudiata sit viventis hereditas, malè stipulamur ac promittimus, nisi milites in aciem pergentes quoquo modo ultimã nostram voluntatem, mortisve causâ donationem declarantes, fortasse contrahamus, *l. ex eo. C. de inut. stip. l. stipulatio 61. l. quidam cum 132. ff. h. t. l. qui superstitis. ff. de acqu. hered. l. fin. ff. de suis leg. §. fin. Inst. de legit. agnat. success. l. pactum quod. l. licet. l. ult.* ubi Dd. *C. de pact. l. hereditas 5. C. de pact. cōvent.* Borch. *de pact. c. 5. n. 59. 60. 61. 62. 63. 64.* Gœdd *d. c. 6. concl. 7. per tot.* t) Ratio est, quia nequeo ego stipulator illud, quod stipulatus sum, solutionis causâ accipere Frustra igitur peto, cujus nullam habeo exactionem, *l. 30 ff. h. t. l. multũ interest. ubi Dd. ff. eod. l. 49. ff. de legat. 2.* u) *l. 2. ff. h. tit. d. l. multum interest. & d. l. mortuo 49. §. 1. ff. h. tit.* x) Nam si legatarius rei commercium non habeat, in tantum sunt inutilia, ut ne quidem æstimatio debeatur, *dict. l. multum interest. ff. h. t. l. filiusfam. 114. §. si quid alicui. ff. de lega. 1. l. cùm servus 39. §. fin. ff. d. t.* Cujac. Donell. *ad d. l. multum interest.* Gœdd. *d. c. 16. concl. 10. nu. 114. 115. 116. & seqq.* Dissent. ab eo allegati Irner. Bart. Jason, Jacob. de Aret. existimantes, aliud in ultimis voluntatibus, aliud in contractibus esse

bus est

bus esse, in illis incapaci nihilominus æstimationem deberi, in his non. y) *§.2.vers.contrà licet.Inst.de inutil.stipulat.l.inter stipulantem 83.§.sacram 3.* ubi Dd.communiter, *l.extimo 98.vers.& maximè.l.pluribus.§.1.ff.h.t.l.pro parte 11.ff.de servit.l.98.§.aream 8.ff.de solut.* Cujac.*ad l.16.ff.h.t.& lib.4.obs.4.* Gœdd.*d.tr.c.12.concl.7.per tot.ubi quædam contraria removet.*

14 Sequitur de factis. Omne factum honestum & possibile in stipulationem deduci potest *a*, turpia verò & inhonesta non possunt *b*. Facta *c* autem intelligimus propria, non aliena *d*. Alienum enim factum frustra promittimus, nisi fortasse, si id non fiat, pœnam promittamus, aut id quod interest *e*.

a) *l.2.l.5.§.fin.l.stipulatio ista.l.si insulam.l.stipulationes non dividuntur.ff.hoc tit.* Facta enim hujusmodi non minùs, quàm res & corpora in commercio sunt, *l.7.ff.de pact.l.1.l.5.§.at cùm do.§§.seqq.l.6.l.7.§.paciscar.ff.de pact.l.solent 15.l.si tibi 22.l.penult.ff.de præscript.verb.*& pacto comprehendi possunt, *d.l.7.§.paciscar.* Gœdd.*d.cap.6.conclus.13.* b) *l.generaliter 56.& l.seq.ff.h.t.* Est quidem libertas naturalis facultas faciendi ea, quæ lubet & libet, modò & liceat jure & honestate ipsâ, *§.1.Institut.de jur.person.l.semper in conjunctionibus.ff.de Reg.Jur.* Hinc fit, ut conventio non valeat, ne dolus præstetur, *l.23.ff.de Reg.Jur.l.1.§.si convenit.ff.depos.* Donell.*ad l.6.num.10.C.de pact.& libr.16.com.cap.6.* Bronch.*cent.1.miscell.controvers.ass.17.* Quæritur, an etiam pactum & subdita stipulatio sit honesta, & valeat, maximè pœnalis, tempore, quo contrahitur matrimonium, quòd certo loco, vel in certâ civitate maritus cum uxore habitare velit, & non alibi? Putamus, ex justâ causâ ejusmodi stipulationem subsistere, veluti, si intersit ipsius uxoris & propinquorum, ut extra eam civitatem domicilium non transferat, cum Roman. *ad d.l.stipulationes non dividuntur.ff.h.tit.* Abbat.*ad cap.1.qui matrim.accusare poss.* Jacob.de S.Georg.*in rubric.de jur.dot.* Gœdd.*d.cap.9.conclus.13 num.175.*Dissent.Gomez.*tom.2.var.resol.cap.10.*

num. 23. verf. item etiam ex prædictis &c. c) Factorum appellatione in hoc contractu comprehendimus etiam non facta; veluti, si per te factum non erit, neque per heredem tuum; si in Capitolium non ascenderis intra biennium, judicio non steteris, si Titius factus consul non erit, si insulam intra biennium non feceris, si Titio nō dederis, si mihi non dederis, si Sejo non nupseris &c. *§. non solùm. Institut. h. tit. l. 2. §. item si in facto. l. 8. l. veluti 27. §. 1. l. stipulatio ista 38. §. si quis dolum. l. in illa 50. l. inter 83. l. 1. in executione 86. §. penult. l. si ita 92. l. Sejo. l. quicquid 99. §. fin. l. ita stipulatus 115. l. si sic 133. ff. h. tit.* Notandum hîc porrò, quòd factum propriè intelligatur nudum à juris translatione, & illi, quod est dare, opponatur, *l. ubi autem. in fin. ibi Dd. l. 2. ubi Dd. l. 3. l. 4. l. stipulationes non dividuntur. ff. hoc tit. l. licet. cùm ibi notat. ff. de V. S.* Dare est dominium transferre sive corporis, sive juris, sive possessionis, *l. ubi 75. §. fin. ff. hoc tit.* Facere, quicquid ita fit, ut eo ipso in stipulatorem neque res, neque jus transferatur, *d. l. 2. l. stipulationes non dividuntur. ff. hoc tit. §. non solùm. Instit. h. tit. §. si quis alii. Institut. de inutil. stipulat. §. si itaque. Institut. de act.* Gœdd. *dict. cap. 6. conclus. 17. num. 207.* d) *l. 2. l. inter stipulantem 83. l. stipulatio ista 38. l. in illa 50. ff. h. tit. §. si quis alium. Institut. de inutil. stipulat.* Bart. Jas. Donell. Cujac. *ad dd. ll.* idem Cujac. *lib. 12. observ. 36.* Ad hoc enim inventæ sunt stipulationes, ut quisque de se, non de alio promittat, *d. l. 38.* & quæcunque gerimus, ex nostrâ personâ initium capient, *l. quæcunq. ff. de O. & A.* At qui alienum factum promittit, is à se negotium non inchoat, sed ab alio & ex alterius personâ. Gœdd. *d. c. 6 conclus. 16.* e) *l. stipulatio ista. verf. sed si quis promittat. ff. hoc tit. §. vice versâ. Instit. de inutil. stipul.* Gœdd. *d. c. 6. concl. 16. num. 194.*

15 Omnis itaque stipulatio aut dandi *a* est, quâ scilicet aliquid stipulamur, ut quid detur, aut faciendi *b*, ut quid fiat, vel non fiat *c*; suntque tot stipulationes, quot res & facta in eam deducuntur *d*. Sed & omnis hæc stipulatio dandi & faciendi *e* primò aut certa est, aut incerta *f*, quod

duplici

duplici modo, aut naturâ aut pronunciatione accidere solet. Incerta (hac enim cognitâ, quæ certa sit facilè intelligitur) est stipulatio pronunciatione, si neque ex oris prolatione, neque ex vera demonstratione, quæ nominis vice fungitur, apparet *g*, quid, quale quantumque *h* sit id, quod in stipulationem deductum est. Naturâ verò stipulatio incerta est, quæ ex præsenti sermone non definit, quid, quale & quantum sit, quod promittitur, sed ab eventu naturæ illud suspendit *i*. Deinde utraque hæc & dandi & faciendi stipulatio, dividua est, aut individua *k*. Omne enim id, quod in stipulationem deducitur, aut naturâ *l*, aut contractus conditione *m* dividuum est, vel individuum. Dividua igitur stipulatio est, si res in stipulationem deductæ naturâ & jure partium præstationem recipiunt *n*. Individua, si res contineat, quæ pro parte dari, præstari, solvi *o* nequeunt, vel naturâ *p*, vel lege & conditione stipulationis *q*. Non minùs quàm res, facta quoque stipulationem dividuam vel individuam efficiunt. Dividua autem facta putantur, ea quæ re consistunt, & expediuntur ita, ut quid juris tribuant *r*. Individua, quæ nihil juris continent dandi vel tribuendi, sed solummodo faciendi vel patiendi aliquid *s*.

a) Quid sit date, expositum est *in thes. praced. lit. c.* *b*) Hoc verbum quoque explicavimus *ad d. lit. c. thes. praced.* c) *l. 2. ubi interpp. l. stipulor 35. ff. h. t. §. non solum. Instit. h. t.* Vultej. *lib. 1. Jurispr. Rom. c. 39.* d) *l. 1. §. sed si mihi. l. scire debemus 29. in princ. & §. at si quis. l. ubi autem 75. §. penult. l. quod dicitur 86. l. pluribus 140. hoc tit. l. 32. ff. de evict.* Ant. Gomez. *tom. 2. var. resol. c. 11. num. 16.* In stipulationem intelligimus deductas res, quæ unâ verborum conceptione

comprehensæ. Tot enim videntur esse interrogationes, to responsiones, quot res & quot facta verbis expresse designantur. *d.l. scire debemus 29. d.l. quod dicitur 86. ff. h.t.* ubi JCtus Ulpianus. Quod dicitur, inquit, tot esse stipulationes quot res, ibi locum habet, ubi res exprimũtur stipulatione h.e. interrogatione & responsione. Gœdd. *d.c.6. concl. 18.* e) *stipulationũ 74. l. seq. h.t. l. scire. C. h.t. l. certi 9. ubi Interpp. ff. de reb. cred. l. 1. ff. de tritica. condict. §. 1. Inst. hoc tit.* Quicqui enim vel dari vel fieri debet, certum est, vel incertũ. Gœdd *d. loc. concl. 19. num. 220.* f) *l. ubi autem 75. ff. h.t. l. pen. C. de condict. indeb.* Gœdd. *d. concl. 19. nu. 224.* g) *arg. d.l. 74. l. seq §. 5. ff. h.t. d. l. pen. C. de condict. indeb. pr. Instit. h.t. l. 6. l. 9. ff. de reb. cred.* E contrà pronuntiatione certâ est stipulatio, si ex prolatione verborũ evidenter appareat, quid, quale, quantumq; illud sit, quod promittimus, sive illud sit corpus, seu species, sive quantitas. *l. 2. l. 3. l. 4. ff. de reb. cred.* Gœdd. *d.c.6 concl. 21.* *h)* Veluti si certum quidem corpus dari stipulemur, sed in genere, vel si disjunctim, h.e. duas res alternativè stipulemur, vel si promittamus vinum Rhenense, nec addamus qualitatem & quantitatem. Quoties enim unum horum, *Quid, quale, quantum*, deficit, stipulatio incerta est Gœdd. *d. concl. 21. n. 251.* i) *l. ubi autem 75. h.t. l. quod cujusq; ff. de R. J.* Huc ex prædictis repetendum, quòd in stipulationem deducantur res aut facta. *§. ult. Instit. h.t. l. 2. ff. eod.* Res quandoque corporales, ut fundus, Stichus, decem isti aurei interdum incorporales, ut usus, ususfructus, via, iter, aquæductus, actio, nomẽ, hereditas mille denariorum, quandoq etiam res futuræ, vel præsentes. Facti meri stipulatio omni incerta est, sive pœna subdita sit certa, sive non, *d.l. ubi 75. quid. ff. hoc tit.* Gœdd. *d.c.6. concl. 20. n. 227.* Illud dubitationẽ recipit, si quis servitutem prædii, vel hereditatem stipuletur, certum vel incertum in obligationẽ deducere videatur? Et incerti hanc esse obligationem putamus cum communi Dd. scholã, quam sequitur Bart. *ad l. 9. n. 15. ff. de reb. cred.* Cuj. *ad d. l. ubi autem 75. ff. h.t.* Borch. *in com. ad t. de V. O. c. 2. nu. 199. & seqq.* Diss. Donell. *ad d. l. ubi autem.* Cuju sententiam quo ad hereditatem amplectitur Gœdd. *d.c. concl. 20. nu. 233.* Nam quo ad servitutem, sentit nobiscum ibid. *num. 231. & 232.* De hisce juribus autem, servitute sci

& her-

& hereditate, ejusmodi sunt rationes: Servitus est jus aliquod. *§. incorporales autem. & §. ult. Instit. de reb. corp. & incorp. l. 1. §. 1. vers. incorporales. ff. de rer. divis.* Jus autem quale, quantumq; sit, perspici & verè cognosci non potest, cùm tamen illud certũ dicatur, quod apparet, quid, quale, quantumq; sit. *d. l. 74. §. 1. & l. sequente. ff. de verb. oblig.* Facit huc, quòd ususfructus stipulatio incerta dicatur. *dict. l. ubi autem 75. §. fundi certi. ff. dict. tit.* Hereditate item venditâ, certa hereditariarum rerum quantitas vendita non censetur, nisi de substantia & quantitate hereditatis affirmaverit venditor. *l. 14. & l. sequente. ff. de hered. vel act. vend.* Et non esse rem certam ipsam hereditatem, liquet abundè *ex l. quod si nulla 8. & 2. seqq. ff. dict. tit.* Similiter incerta est verborum obligatio, si quis res futuras, id est, id quod ex Arethusa ancilla natum erit, aut fructus, qui in fundo nati erunt, dari sibi stipulatus sit, *d. l. ubi autem 75. §. illud dubitationem recipit. ff. de verb. obligat.* eaq; obligatio incerta manet, etiam post captos fructus, & post editum partum. *l. si stipulatus. ff. de usur.* Borch. *ad tit. de verb. obl. cap. 2. nu. 215. & seq.* Gœdd. *l. cap. 6. concl. 20. nu. 236. 237. 238. 239. ubi conciliat l. certi 9. ff. de reb. cred.* k) *l. 2. in princ. & §. 1. 2. ult. l. 3. l. 4. l. 5. § ult. l. in stipulationibus 54. l. 72. l. 85. ff. h. tit. l. 9. §. 1. l. Stichus 29. l. inter 31. l. 37. l. si quis 67. ff. de solut. l. Cajus. §. Titius. ff. de leg. 2.* l) Naturâ illud omne dividuum est, quod aut partes universi, aut integri recipit; quod neutro modo partes habet, individuum est, *l. rectè dicimus 25. ff. de verb. signific.* ubi Gœdd: *& in d. cap. 6. concl. 22. nu. 259. 260. & 261.* m) *l. 9. §. ultim. ff. de solut.* Donell. *ad l. 28. & ad l. 72. nu. 1. ff. h. tit. facit d. l. 2. §. & harum. ff. h. tit. l. 29. ff. de solut.* conditio autem contractus illa consistit in solutione, *d. l. 29. dict. l. 2. §. 1. 2. & ult. l. 3. l. 4. l. 5. §. ult. l. 54. l. 72. l. 85. ff. hoc tit.* Nemini invito aliud pro alio solvi potest, ut contingat liberatio. *l. 2. ff. de rebus cred. l. 46. l. si cum aurum 50. l. 57. l. 99. ff. de solut.* Nemini etiam invito per partes solvere licet, etiamsi commodam divisionem res patiatur. *l. 21. ff. de rebus cred.* Ergo ut aliqua stipulatio dividua sit, necesse est & jus solutionis & naturam rei concurrere. Gœdd. *dict. conclus. 22. num. 263. 264. 265. 266. & seqq. usq; ad num. 287.* doctrinam & regulas vulgatas Dd. de dividuo & individuo examinat. *n)* Na-

turâ res dividuæ ſunt, quibus, ut ſuprà *ad lit. l.* dictum, pa
tes ſunt aut univerſi aut integri. Genera igitur, cùm plu
bus conſtent ſpeciebus, numero dividuntur, veluti, Si
promittam decem homines, tres operas pictorias vel ſin
les res: Species verò ſingulæ naturâ dividuæ ſunt, ſed pro
diviſo (veluti, Si cõmuni mihi & Titio ſervo promittas
chum, non mihi totus, neq; etiam Titio totus, ſed pro pa
mihi, pro altera Titio, pro indiviſo tamen dabitur, *l. cum*
chus 29. ff. de ſolut. quam prolixè explicat Gœdd. *dict. ca*
concluſ. 22. nu. 290. l. in ſtipulationibus. ff. hoc titul.) ſive
ſint corporales ſive incorporales, modò ex corporibus di
duis conſtent, cujusmodi eſt hereditas. Gœdd. *dict. ca*
concluſ. 22. nu. 302. 303. 304. Diſſent. Hotom. *illuſtr. quæſt.*
Uſusfructus, Cujac. *lib. 12. obſerv. 13.* Gœdd. *ad l. 25. ff. de*
S. num. 18. & dict. concluſ. 22. num. 296. uſq; ad nu. 302. D
Hotoman. *illuſtr. quæſt. 20.* actio, patrimonium, grex, col
gium, chorus, &c. Cùm enim Logicæ partes in heredi
tem, in uſumfructum, in actiones, in gregem &c. cadant,
bium non eſt, quin naturâ & naturali ratione hæ res ſint
viduæ. o) *l. 2. pr. ff. h. t.* p) Quales ſunt res ſeu ſpecies inc
porales ſine corporibus conſiſtentes, quæ jus patiendi
ciendiq; tantùm habent, veluti ſervitutes, urbanæ & ru
cæ, *l. pro parte. l. ſervitutes. l. quoties.* (Nec obſtat *l. 14. ff.*
ſervit. Vide Gœdd. *d. loc. nu. 292.*) *l. via. ff. de ſervitut. l. ſti*
lationes non. ff. h. t. & ex ſervitutib. perſonalibus uſus &
bitatio, *l. uſus pars. ff. de uſu & habit.* Gœdd. *ad d. l. rectè a*
mus 25. ff. de V. S. & in dict. concl. 22. nu. 305. q) ut hom
ſtipulatio, Stichi aut Pamphili. *l. 2. §. 1. l. 85. §. 4. ff. h. t.* Gœ
d. concl. 22. nu. 293. & 294. r) quale eſt illud factum:
pliùs non agi. l. 4. §. 1. ff. h. t. ſ) quale eſt illud: *Per te non*
quo minùs habere liceat, quo minùs ire, agere liceat. *l.*
fin. l. 4. §. Cato. ff. hoc titul. Hîc omnium difficilima mov
dubitatio, cuinam generi hæc ſtipulatio: *Dolum malum*
eſſe, annumeranda ſit? Verius autem ſentire eos, & leg
& rationi magis convenienter, qui eam individuam
ſtatuunt, defendemus *per dict. l. 4. in princ. ff. hoc tit.* G
dict. concluſ. 22. num. 332. & ſeqq. Cujac. *ad dict. l. 4.* Bc
de verb. obligat. cap. 1. nu. 131. & ſeqq. Diſſent. Duar. Do
ad d. l. 4. §. 1.

16 Ex ſtipulatione rectè contracta verborum obligatio *a* naſcitur *b*, quâ promiſſor ad dandum faciendumq;, quod conventum eſt, aſtringitur *c*. Etſi verò ex ſtipulatione dandi præcisè ad dandum quis obligetur *d*, ex faciendi tamen non æquè, ſed ſi non fiat id, de quo convenit, in id, quod intereſt, obligatus tenebitur *e*.

a) §.1. ubi Accurſ. Angel. & cæteri interpretes. *Inſtit. hoc tit. l. ſi ita ſtipulatus 126. §. Chryſogonus. verſ. ſupereſt. verſ. ſequentq. ff. hoc titul. l. 2. §. ultim. ff. de rebus cred. l. 1. §. item ſi quid tuo. ff. de ſervor. ſtipulat. l. 3. C. de inutil. ſtipul.* b) Naſcitur autem non aliter quàm commiſſâ ſtipulatione. *§. omnis & ſeqq. §. non ſolùm. Inſtit. hoc tit. l. ult. ff. de L. commiſſ. l. pen. ff. rem. pup. ſalvam for. l. 2. in fin. l. 3. l. 4. l. 38. in princ. & §. 1. §. quis forte. §. ſeq. §. hi qui. §. alteri. l. eum qui 41. §. 1. l. 46. l. 59. l. ſeq. l. 72. §. ſi quis ita. §. fin. l. ſeq. l. 77. l. 81. l. ſeq. §. 1. l. 84. l. 91. l. 98. §. ex hac. l. conditio 100. l. 105. l. 108. l. ſeq. l. 111. l. l. 113. l. ſeq. in prin. §. 1. & 2. l. 121. l. 124. ff. hoc tit.* c) §. 1. ... interpretes. *Inſtit. hoc tit. l. 5. §. 1. l. ſcire 29. l. 38. l. 50. l. 54. l. 71. l. 74. & l. ſeq. l. 125. ff. hoc tit.* Et perſona obligatur ...,non quòd propterea obligatio non ſit jus rerum, ... potiùs perſonarum, verùm quòd propter perſonale ...um perſona ſit obſtricta. Gœdd. *cap. 9. concluſ. 3. num. ... & 15. idem ad l. 49. num. 8. ff. de verb. ſignific.* Diſſent. ...*ej. ad princ. Inſtit. de oblig. & lib. 1. diſcept. cap. 4. & 16.* Ratio eſt, quia nihil aliud eſt in obligatione, quàm ut de... id, de quo convenit, ideoque nec aliud in ſolutione vel ...tione eſſe poteſt tacitè vel expreſsè. *l. ubi autem 75. §. fin. hoc tit. l. 2. ff. eod. §. 1. Inſtit. quibus mod. toll. oblig. l. 80. ff. de ... l. liberationis. l. ſolutum. ff. de verb. ſign. l. 2. §. 1. verſ. nam ...eris.* ibi Zaſius, Alciat. Bart. Donell. *ff. de rebus cred.* Ex...antur tamen aliquot caſus, quos refert Gœdd. *dict. cap. ...concluſ. 4. n. 19. & 20.* e) *l. 72. verſ. Celſus. ff. hoc t. l. ſi quis ...lio. §. ult. ff. de re jud. l. 68. l. 81. in prin. & §. 1. l. 112. l. 114. ff. ...* Acc. Bart. Caſtrenſ. Jaſ. Duar. *ad d. l. ſi quis ab alio, in ff. de re judic. & ad d. l. 72.* ibidem Donell. *nu. 26. & ſeqq. ...dd. d. cap. 9. n. 30. 31. 32. & multis ſeqq.* Diſſent. ex veteri-

bus Martinus glossator *ad l.2.§.item si in facto. & ex neot e-ricis ibidem.* Cujac.*ad d.l.72.ff.hoc tit.* Corasſ.*libr.2.misce ll.* *c.3.*Pinell.*ad l.1.part.3.nu.25.C.de bon.matern.* qui non minùs ad factum, quàm ad dandum, quem ex stipulation præcisè obligari existimant.

17 Non solùm autem ipsi obligantur promittentes ex hoc contractu, sed & heredes, bonorumque possessores suos, sive dandi sive faciendi *a* si stipulatio, post se obligatos *b* relinquunt *c*. Nec distinguitur, an stipulatio sit pura, & in diem, an verò sub conditione *d* contracta. Omnis enim illa stipulatio tam ad heredem, quàm in heredem transit *e*.

a) Quamvis olim circa faciendi stipulationes dubitabatur, utrum in heredes debitoris transmitterentur, quippe electam personæ industriam habere videbantur. *l. inter artifices.ff.de solut.* & ita cum personâ extingui.*l.in omnibus. ff.de Reg.*Jur. Justinianus tamen discussâ veterum vanâ dubitatione constituit, indistinctè transire, nisi nominatim actum sit, ut sola persona promittens, non ejus quoque heres obligaretur, quo casu ope exceptionis defenderetur, *d.l.in omnibus 68.ff.de Reg.*Jur. Gœdd. *dict.cap.9.concluſ.7.n.147.*

b) *l.veteres 13.*ubi Sichard.*l.fin.C.h.tit.l.2.§.1.§.2.l.38.verſ. obligatur etiam.ff.hoc tit.l.37.ff.de acquir.hered.l.8.C.mand. l.4.§.fin.l.seq.ff.de fidejuſſ.l.24.C.eodem.§.fidejuſſor non tantùm.Instit.de fidejuſſ.l.1. & tot.t. C.de hered.act.* Cùm enim obligatio semel contracta sit perpetua, *l.44.ff.de obligat. & act.§.1.& §.2. Instit.de perpet. & temp.act.* & creditoris bona augeat, debitoris verò minuat, *l.49.ff. de verb.signif.* defunctiq; bona, sive hereditas cum suo commodo & incommodo, onere & favore ad heredem, *l.24.l.119. ff. de verb.signif.l.59.ff de Reg.*Jur.*l.1. & t.t.C.de hered.act.* bonorumq; possessorem transeat, *l.1.l.2.l.5.in princ.& §.1.& 2.ff.de bon. poss.d.l.49.& l.208.ff.de V.S.* neq; ex personâ heredum mutationem patiatur. *dict. l.2.§.ex his igitur. ff. hoc tit.* Utrique hoc consequens est heredes non minùs, quàm eorum autores teneri, *d.l.13.C.h.tit.d.l.2.§.ex his igitur.*Gœdd. *d.c. 9.concluſ.*

conclus.7.num.146. Utrùm autem censeatur in rem facta conventio, vel in personam, ut in heredem transeat vel non transeat obligatio, si vox aliqua (uti vocant) taxativa addatur (putà, tantùm, duntaxat, solummodò, vel similis) inter interpretes controversum est. Decius *ad l. heredem. nu.6. ff. de Reg. Jur.* Andreas Tiraquell. *de retraict. conventionel. §.1. gloss.6. nu.4.5.6.10.11.12.* Fabian. de Monte *in tract. de empt. & vend. in 6. quaest. princ. col. pen. versic. circa 19. membrum.* Gœddæus *dict. cap.19. nu.160. & sequentib.* æquius esse putant, ut dicatur, non sufficere, ad excludendum aut liberandum heredes ab obligatione defuncti, particulam aliquam taxativam esse insertam conventioni, sed aliis quoque verbis vel circumstantiis opus esse, ex quib. de verisimili contrahentium mente constat. Disf. Bart. *in l. si sic stipulatus ff. hoc tit.* Gomez. *2. variar. resolut. cap.11. num.13. vers. sed teneo contrarium.* Stephan. Bertrand. *consil.148. lib.1.* qui obligationem etiam additâ particulâ taxativâ ad heredes & in heredes non transire existimant. *c)* Notandum hîc, quòd quemadmodum heredes promissorum obligantur ex defunctorum contractibus, ita vicissim stipulationes tam puras & in diē, quàm conditionales, sive dandi sive faciendi sint, stipulator ad heredes suos transmittat, nisi quæ mera personalis fuerit, & ad solum stipulatorem expresse restricta *dict. l. voceris 13. C. hoc tit. l. heres 37. ff. de acquiren. hered. §. ex conditionali. Instit. h. tit.*; Par enim ratio est stipulatorum & promissorum. *d)* Casuali & mixtâ, non etiam potestativâ. *l.48. l.49. §. si ita stipulatus. vers. alii ita inutilem. ff. hoc tit.* Ratio est, quia mera potestativa immediatè personæ cohæret, ut quædam electa videatur personæ industria, in quam solam, tanquam formæ partem præcipuam, ejus implementum collatum sit. Cujacius *ad l.57. ff. hoc tit.* ibidem Donell. *num.4. & in d. l. qui Romæ. §. Agerius. num.2.3. & 4. ff. h. tit. per l. si ita expressum. ff. de cond. & demonstrat.* Quare si non impleat eam contrahens, est quod illi imputari potest, neq; ex morâ suâ commodum sentiet, ac proinde ad heredem non transmittet potestatem implendi conditionem potestativam. Oportet enim omnem conditionem in specificâ formâ adimpleri. Jas. *ad l.57. ff. hoc tit. per l. tui heredi. §. Mævius. ff. de cond. & demonstrat.* nec sufficit,

hoc fieri per æquipollentia vel similia. Gœdd. *d.c*
8.num.193. & seqq. c) *l. si quis 57. hoc tit. l. necessa*
si pendente. ff. de peric. & com. rei vend. Gomez. *t*
resolut. cap. 11. n. 36. (Nec obstat *l. qui Romæ 122. §.*
hoc tit. Eam enim conciliant Cujac. *ad l. si quis 57*
nell. *ad d. §. Agerius.* & post eos Gœdd. *d. conclus. 8*
178. & multis sequentib.) In hoc differt stipulatio
fideicommisso conditionali, quòd legatarius &
missarius ad heredem non transmittit. *l. unic. §.*
aliquid. C. de caduc. toll. l. 4. l. 5. l. hujusmodi. ff. q
leg. ced. leg. 1. l. legata sub conditione. l. si ita expre
condit. & demonstrat. l. si ita legatum. §. illi si vo
gat. 1. l. si in person. C. de fideicommiss. De ratione
inter Dd. non convenit; aliam adfert Cujacius,
nellus, utramq; retineri posse existimat Gœdd. *d.*
8. num. 176. in fine.

18 Aliter tamen obligantur heredes
dua sit stipulatio à defuncto contracta,
individua. Si enim dividua sit dandi st
singuli heredes pro partibus hereditarii
dividua *a*, in solidum singuli tenentur
dividua faciendi stipulatio, unus contra
sum faciens pro portione sua tenetur *c*.
vidua, omnes tenentur pro portionibus
tariis, ei soli cujus interest, pœnâ etiam n
missâ *d*.

a) *l. 2.* ubi Cujac. Donell. & alii. *l. 72. l. in execut*
tit. l. 192. ff. de Reg. Jur. Gomez. *variar. resolut. tom*
Non enim ex personâ heredum obligationis nat
tur. *d. l. 2. hoc tit.* Quæ igitur in personâ defuncti
dua vel dividua, talis etiam in personis heredũ m
diversum per L. 12. tabb. ipso jure obligationes, n
jura inter heredes plures dividentem, *l. heredes §.*
est. ff. fam. ercisc. l. in executione. §. prima species. ff.
casu introductum est, cùm intelligatur, si nomen
obligatio illa sit naturâ & jure dividua, alioqui se
§. ex his. ff. hoc tit. Gomez. *tom. 2. var. resol. cap. 10.*

ut item obstat si replices, &c. b) Si ratione rei in stipulationem deductæ individua sit stipulatio *l.17.ff. de serv.* Sin ratione conditionis obligationis, pro parte tenentur, sed solvi non nisi totum potest. *l.2.§.2.l.85.§.4.ff.h.t.* nisi pacto, transactione vel acceptilatione unus ex his fuerit liberatus. *l.2.§.3.ff.h.t.l.17.ff. de accept.* non etiam si judicio condemnatus partem solverit. Cujac. post Bart *in d.l.2.§.1.h.t.* Duar. *ibid.* Gothofr. *in d.l.2.§.3.* Gœdd. *d.c.9.concl.10.n.205.206.207.& seqq.* Diss. Bald. & Ferret. *in d.l.2.§.si tamen.& ibid.* Donell. *n.67.& seqq.* Alc. *in verb. Egero.ff.h.t.* idem Alc. *lib.1.parad.c.8.* c) *l.2.§.pen.l.4.§.1. ibi* Donell. *n.2.l.85.§.3.h.t.l.44.§.1. famil.ercisc.* d) *d.l.2.§.fin.l.seq.* ubi Donell. *nu.2.3.4.* Duar. Cujac. *ad d.§.fin.*

19 Etsi sibi quisque obligationem, non alteri *a*, nisi stipulantis intersit *b*, acquirat, tamen qui sui juris non sunt, illis quorum in potestate sunt *c*, rectè acquirunt *d*.

a) *l.stipulatio ista.§.alteri.l.si ita stipulatus 126.§. Chrysogonus 2.ff.h.t.l.3.C.de inut.stip.§.alteri. Inst.eod.* Quæcunque enim contrahimus, cùm ex nostro contractu originem habere debeant, nisi ex nostrâ pers[o]nâ sumant initium, actum efficiunt inanem, *l.quæcunque.ff.* [...] D.& A. Quod in tantum verum esse Dd. tradunt, ut nec fisco subditus, *per tex.l.1.ad §.fin.ff.de jur.fisc.* ubi Bart. *& l.si ita stipulatus 126.§.Chrysogonus.h.t.* nec vasallus domino, nec libertus patrono, *d.l.126.§.Chrysogonus 2.v. sed quod libertus.ff.h.t.* nec filius matri, *l.debitor in fi.ff.ad SC.Treb.* quamvis enim hîc interesse versetur sanguinis, officii, illud tamen JCti non attendunt, Ant. Gab. *concl.1.n.35.6.* Gœdd. *c.10.concl.1.n.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12.* Excipitur inter alios casus ab hac thesi à Dd. notarius, quem alteri stipulari posse docent. Sed malè. *arg.§.alteri.Inst.de inutil.stip.l.38.§.alteri 17.ff.de V.O.* Hot. *lib.4.obs.25.* Don. *in d.l.38.§.17.* Ant.Fab. *in ration.ad l.8.ff.de adopt.* Fach. *lib.8.controv.c.91.* Petr.Heig. *ad §.Instit.de adopt.* Bronch. *cent.4.ass.46.* Dissent. Sich. *in auth. Sacramenta. Cod si advers. vend.nu.38.* Gœdd. *d.c.10.concl.1.nu.36.* Quæritur inter Interpp. Anne etiam favore liberalitatis exercendæ donationes excipiantur? Negantium opinio, quam defendit Gœdd.

d.c.10.concl.1.n.23.& 24. probatur *per l.22.C.de dona.* Dis Bald.Salyc.*ad l.quoties 3.& ib.* Gothofr.*C.de donat.qua su mod.*Castr.*ad l.debitor.§.ult.ff.ad SCtum Treb.* Rursus quæritur, an de jure Canonico thesis hæc exceptionẽ patiatur Quod negamus cum Fab.*in §.18.Inst.de inutil.stip.* Immo Roman. Alex. Jas. Alc. *in l.stipulatio ista.§.alteri.ff.de V.O* Fach.*lib.3.controv.c.19.*Gœdd *d.loc.n.13 14.15.& 16.* Quid verò dicendũ de jure feudali? Ne in hoc quidem jure thesis nostra exceptionem habet, secundùm tradita Gœdd.*d.loc n.17.18.19.20.21.22.*quamvis alii aliter sentiant. Fach.*lib.7 controv.c.76.& ab eo allegati.* b) *§.sed si quis stipulatur alii Inst.t.de inutil.stip.l.stipulatio ista 38.§.si stipulor.ff.h.t.l.quoties.ff.de administ.tut.* Sic si quis alii dari vel fieri subdita pœnæ stipulatione stipulatus sit, valet stipulatio, & quæsita erit stipulatori obligatio & actio pœnæ promissæ, si id non fiat, vel detur alteri illi, prout cõvenit, *d.l.stipulatio ista.§.alteri.v. planè si velim.* ibi Dd. *h.t.§.alteri.v.si quis velit.Inst. de inutil.stip.* Gœdd.*d.c.10. concl.3.* c) *l.1.in pr.v.si quis.n.3. 5.6.d.l.stipulatio ista 38.§.alteri. l. dominus servo 39.l.quodcunq; 45.l.130.ff.h.t.§.si quis alii 4.§.alteri 18.§.sed et si.Instit. de inutil.stip.l.quæ legata.ff. de R.J. tit. Inst.per quas personas nobis oblig.acq.* *d)* Quemadmodũ quis alii ex stipulatione obligationem acquirere non potest, ita nec alium promittendo sibi obligare. *§.si quis alium.§.versá vice.Inst.de inutil. stip.l.83.ff.hoc.t.* Cujac.*lib.12.obs.36.* Quos tamen institores vel exercitores constituimus, & quos in potestate nostra habemus, nos vel in solidum de eo exercitio vel negotio, cui præpositi sunt, aut de peculio, vel quod jussu, aut de in rem verso, vel quo simili aliquo modo promittentes, honorario jure obligant. *l.1. l.6.l.fin.ff. de exerc. act.l.1.l.2.& t.t.ff.de inst.act.t.t. Instit. quod cum eo, qui in alter.pot. l.8.§.filiusf.§. idem erit.ff.de accept.l.1.l.2.l.fin.ff. quod cum eo, qui in alter. pot.l.1.§. verba.§.seq.l.3.§.sed si fil.l.41.l.44.l.seq.ff. de pec.l. 10.l.18.l.20.§.serv.ff.de in rem vers.l.1.& t.t.ff.quod jussu.*

20 Ex hoc contractu duplex oritur actio *a*, ex stipulatione certi condictio certi *b*, ex incerta stipulatione actio ex stipulatu. Utraque juris civilis est *c*, in heredes hinc inde transitoria & perpetua

petua *d*. Venit in utramq; actionem id, quod est in obligatione, dare facere *e*. Dolus quoque & lata culpa quæque in committendo *f*, non etiam levis, quæ in omittendo consistit *g*, multò verò minùs casus fortuitus rei certæ promissæ à promissore præstatur *h*, nisi is in se casum vel culpam receperit *i*, aut moram *k* admiserit. Si verò res incerta, genus vel quantitas debeantur, omne periculum est promissoris *l*, nisi opportunè obtulerit, & ita creditorem in mora constituerit *m*. Quod si res promissa & petita post moram aut ob culpam dari non possit, judicis officio incumbit, in id reum condemnare, quanti res erat eo die eoque loco, quo solvi debebat: si de die vel loco nihil convenit, quanti tum æstimabatur, cùm litis contestatio fieret *n*. Præterea veniunt in eas actiones fructus post litem contestatam percepti *o*, non & usuræ *p*.

a) *pr. Inst. h. t. l. 74. ff. eo, ibi.* Cuj. & Don. *b)* Quæritur, An alia sit condictio generalis, alia specialis? Aff. *per l. 9. ff. de reb. cred. §. 1. Inst. quib. mod. re contr. obl. §. 1. Inst. h. t.* Bart. *n. 1. 2. 3. 4. & concl. in d. l. 9. v. certi condictio. & in Rubr. ff. de reb. cred.* Mynſ. & Schneid. *ad §. 1. Inst. quib. mod. re contrah. obl.* Fulg. Salyc. Bald. *ad rubr. C. si cert. pet.* Treutl. *vol. 2. disp. 27. th. 8. lit. b.* Cuj. *in par. C. de reb. cred. & in tr. 2. ad Afr. in explicatione l. 23. ff. de reb. cred.* Rob. Aurel. *lib. 2. animad. c. 3.* Fachin. *lib. 2. c. 90.* Diss. Donell. *in d. l. 9. n. 4. & ad rubr. eod. t. n. 3.* Jas. *n. 12.* Zas. *n. 9. ad §. 14. Instit. de act.* Wesenb. *ad tit. ff. de V. O.* Borch. *de reb. cred. c. 7. de effectu mutui. n. 42.* Gœd. *c. 11. concl. 2. n. 9. & seqq. c)* non tantùm quâ causâ, contractus videl. stipulationis, est Juris civilis, *uti in th. 1. lit. c.* Sed quia ejusmodi sunt actiones omnes, non quidem origine, sed formâ. Cisn. *ad pr. Instit. de act. in pr. nu. 2.* ibid. Mynſ. *nu. 4.* Zas. *n. 3. d)* h. e. triginta durat annos. *arg. l. si quis. §. 1. Cod. de præscr. 30. vel 40. annor.* Gœdd. *d. c. 11. conclus. 11. nu. 148.* e) *d. §. 1. cum*

ibi not.Inst.h.t.§.si itaq; cum seq.& ibi notat.Inst.de act.l un. C.de rei ux.act.Gœdd.d.c.11.concl.3. f) l.23.l.33.l.82.§.1.l.51. ff.h.t.l.5.ff.de reb.cred.l.91.ff.h.t. g) d.l.si servū 91.in pr.ff.h.t.Irner.Mart.Zas.Duar.Cujac.Donell.& quidam alii ad d.l.91. Gœdd.d.c.11.concl.4.nu.32.33.34.& multis seqq. Diss. Joh.glossator,& post eum Accurs. Bart. Castr.Jas.ad d.l.91. Quorum argumenta examinat Gœdd.d.loc. h) d.l.23.l.33.l.82.§.1.l.51.ff.h.t. i) l.23.ff.de R.J. ubi Decius & Cagnol.l.1.§.si convenerit.ff.depositi.c.contractus.& ibi Petr.Peckius de R.J.in 6. k) Si in morâ sit promissor ac in ea perseveret, de omni culpâ & casu, etiam fortuito eum teneri, satis constat ex l.91.ff.h.t.l.23.& l.82.§.1.ff.h.t. l) l.incendium,ubi Dd.C.si cert.pet.l. in ratione. §.incerta.ff.ad L.Falcid.l. quod te 5. ubi Bart.Castr.Jas.Costal.Don.ff.de reb.cred. Gœd.d.c.11.concl.5. m) l.si soluturus.l.creditor.ff.de solut.l.si mora.ff.solut.matrim.l.si servū 91.§.sequitur.ff.h.t.l.17.ff. de peric. & cōm.rei vend. n) l.59.l.seq.ff.h.t.l.28.ff.de nov.l.11.ff.de re jud.l.vinū.ff.de reb.cred.l.pen.l.ult.ff.de tritic.cond. & ibi Don.prolixè. Cujac. post Bart.Bald.Castrens.Alex.Jas.Zas. in d.l.quoties 59.ff.h.t.Idem Cuja.ad Afric.tr.3.ad l.207.ff.de V.S. Quæritur, sitne hoc loco distinguendū inter res corpore & res genere consistentes? Negantib.calculū adjicimus cum Gœdd. d.c.11.concl.4. Diss.Bart.in l.3.§.in hac.ff.comm.n.3.& seqq. Cujac. ad d.l.mercis 207.ff.de V.S. Don.ad l.vinū.ff.de reb.cred.& ad l pen.& ult.ff.de cond.tritic.Hot.illustr.quæst.16. o) Costal. ad l.cùm fundus.ff.de reb.cred.per illum text. & l. videamus 38. ff. de usur. junct.l.filiusf.78.§.fin.ff.h.t.l.3.§.si emtor.ff.de act.empt.Gœdd.d.c.11.concl.8. p) nisi promissæ. l.lecta.ff.de reb.cred.l.3.C.de usur.Et quamvis sint, qui obtineri posse crediderunt, etiā ex strictis actionib. officio judicis usuras incipere deberi à litis contestatione: verius tamen est & frequentius placuit, ne quidem post litē contestatam usuras incipere deberi à litis contestatione.l.24.ff.de præscr.verb.l.3.C.de usur.Duar.c.2.de usur.Don.c.3.de usur.Borch. c.3.de usur.n.51.Cuj.14.obs.22.& tr.7.ad Afr.in l.37.de usur. Gœdd.d.c.11.concl.9 Bronch.cent.2.ass.4.Arumæ.disp.13.in fi. Diss.Jas.in l.cum fundus.ff.de reb.cred. Coras.2.misc.c.7. & in §.bona fidei. Inst.de act.4. Cost.ad l.38.ff. de usur. Wes. in par.ff.de usur.n.3.Vultej.Jurispr.Rom.c.44.n.71.

THESIS

THESIS ULT. Tollitur ex hoc contractu nata obligatio & actio solutione *a*, acceptilatione *b*, novatione *c*, oblatione ac depositione *d*, jurejurando *e*, exceptione pacti de non petendo *f*, & similibus modis *g*.

a) *§.1. Instit. quibus mod. toll.obl.* Hujus loci est quæstio, An invito creditori solvere liceat particulariter? Quod negamus *per l.3.§. reddita. ff. commod.l.Julianus.§.sed si quis. ff.ad exhib.l.8.§.Celsus.ff.famil.ercisc.*Donel.*in l.21.ff.de rebus cred.*Gœdd.*in l.32.ff.de V.S. & in dict.tract.cap.12.conclusion.1.num.3.*Diss.Alciat.*in dict.l.21.ff.de rebus cred.*Molin.*in tract.de divid. & individ.p.2.nu.13.* Coras.*in l.2.§. & harum.ff.de V.O.* b) *l.1.l.6.l.7.l.8.l.9. l.10.l.seq.l.13.§.1.§.si is qui.§.seq. §.si Stichum.§.seq.§.si legatorum.§.qui ita stipulatus.§.fin.l.15.l.seq.l.17.l.18.l.20.l.seq.ff. de acceptil. l.1.2.3. Cod.eod. §. item per acceptilationem.Instit.quib.mod.toll.obl.* c) *l.1. & t.t. ff. ac C.de novat.* Utrùm unus correorum credendi vel stipulandi possit in præjudicium alterius novare vel delegare,ita ut subsecutâ stipulatione novationis,quâ solidam obligationẽ reus delegatus stipulanti vice delegantis promittit,ei in solidum cedat,non solùm inter Interpp. sed & veteres Juris authores controversum videri potest. Paul.JCtus videtur id negare,*in l.si unus 27.ff.de pact.*Contrarium statuit Venulejus *in l.si rem 31.§.si duo rei stipulandi. ff.de novat.*Conciliationem Gœdd.*d.c.12.concl.2.*amplectimur. d) *l.acceptam.C.de usur.l.obsignatione.* & ibi Dd.*C.de solut.d.l. qui Romæ 122.ff.h.t.l.qui decẽ.ff.de solut.* Utrùm ad sistendum usurarum promissarum cursum sufficiat sola oblatio,vel ultra eam opus quoq; sit consignatione & depositione,in dubium vocatum est. Solam oblationem sufficere putamus,*per l.si per te.l.si ex prædio.C.de usur.l.cùm debitor. ff.in quib. caus.pign.tac. contrah.* Sichard.*ad d.l.acceptam.* Gœdd.*d.c.12.concl.4.n.34.* Cuja.*ad d.l.122.§.Seja.*Bronch. *cent.2.ass.1.*Diss.Don.*ad d.l.122.§.Seja.& ad l.obsignatione. C.de solut.*Borch.*de usur.c.7.n.5.& seqq.* e) deferente judice vel adversario.*§.item si quis.Institut.de act.l.1.l.2.l.3. §. quæcunq;. l. ait prætor.l.qui jurasse.l.fin. §. fidejussor.ff.de jurejur.* f) Pacti quidem vis non est,ut stipulationem tollat, at æ-

quum est, ut id servetur, quod placuit. Si itaq; convenit, ne petatur, defendetur reus non tanquam ipso jure liberatus ab obligatione, sed ope exceptionis. *l. & heredi. §. fin. & aliquot seqq. ll. l. si unus 27. §. pactus ne peteret. §. si cum decem. §. seq. §. si acceptilatio. ff. de pact.* Gœdd. *dict. cap. 12. conclus. 9.* *g)* transactionis, compensationis', legatæ liberationis, rei judicatæ exceptione. Gœdd. *d. concl. 9.*

DISPUTATIO XIV.

DE FURTO ET RAPINA.

Respondente

THEODORO BODDIO, Camensi Marco-Westphalo.

FUrtum *a* est delictum *b* privatum *c*, quod fraudulosâ *d* rei *e* alienæ contrectatione *f*, lucri faciendi *g* gratiâ committitur.

a) Dictum vel à furvo, id est, nigro, quòd clàm & obscurè fiat, & plerunque nocte, Agel. *noct. Attic. cap. 18.* Isidor. *5. Etym. c. 26.* vel à ferendo, id est, auferendo, vel à Græco sermone, quòd φῶρας appellant fures. Imò & Græci à ferendo φῶρας dixerunt. *§. 3. Instit. h. t. l. 1. §. 1. ff. h. t.* Alciat. *1. dispunct. c. 10.* Wes. *in par. ff. hic. num. 2.* *b)* Jure naturali seu gentium potiùs prohibitum. *§. 1. Instit. & l. 1. §. 3. ff. h. t.* Vultej. *ad pr. Instit. h. t. nu. 3.* Gœdd. *ad l. 42. nu. 7. ff. de V. S.* Duar. *ad 1. ff. de furt.* Bronch. *cent. 4. ass. 72.* Anton. Augustin. *lib. 4. Emend. c. 4.* Dominic. Arumæ. *disp. 17. ad Instit. exerc. 4.* Elias Rob. *disput. 19. ad Instit. th. 4.* Dissent. Alciat. *in d. l. 42. ff. de V. S.* c) *l. 1. in princip. & §. 1. & ult. ff. de privat. delict.* Est autem delictum privatum maleficium, quo nocetur alicui privato, & ex quo eidem civilis, forensis, privata, id est, ad privatum commodum, actio jure ordinario exercenda prodita est. *l. licet 42. in princ. ibi, quasi privata actionis. & §. 1. ff. de procurat. dict. l. 17. §. noxas. vers. privatis. ff. de Ædil. Edict. l. ult. ibi, si quidē pecuniariter agere velit. ff. de priv. del. l. ult. ibi, poterit civiliter agere. ff. de furt. l. 7. ibi, sed privati cōtinet*

quere-

querelam. C. de injur. §. in summa. vers. Et si quidem civiliter. Inst. eod. tit. l. 6. ibi, privato agere judicio; Item ibi, quia ad privatam causam pertinet. l. 37. §. 1. ibi, actio civiliter moveri potest. ff. d. t. l. 1. §. ult. ibi, quod enim in privatis judiciis ff. de stellion. l. 2. §. 1. ff. de vi bon. rapt. l. 1. §. ult. ibi, ad examinationē civilem. ff. de abig. l. 1. §. 1. ibi, quo forenses quoq; actiones. ff. de incend. ruin. nauf. l. 1. §. 1. ibi, non solùm in criminalibus, sed etiā in pecuniariis litibus. ff. de testib. l. 15. ibi, non solùm in criminali causâ, sed etiam in pecuniariâ. C. de q. l. 13. in pr. C. de judic. l. 2. ibi, ad jus ordinarium remittendi sunt. ff. de effract. Duar. *lib. 1. disp. cap. 36. & 37. & ad tit. ff. de privat. delict.* & Cujac. *lib. 8. obs. 33.* Sed an adhuc hodie furtum est privatis delictis annumerandum? Affirmat Boecrus *clas. 3. disp. 1 th. 88. lib. 6. arg. l. 1. ff. de publ. jud.* Dissentiunt alii, Constitutione Caroli V. Imperatoris pœnali judicium furti publicum effectum esse putantes, ad quorum duplex argumentum respondet Boc. *dict. loc.* d) *l. 1. §. ult. ff. de furt. §. 2. Inst. h. t.* e) *d. §. 2. Instit. h. t.* vel usus ejus possessionis ve. *d. §. 2.* Nec obstat, quòd hæc incorporalia sint, quorum furtum fieri non potest, ex recepta Dd. sententia. Nam usus quidem & possessionis propriè furtum non fit; sed tamē, quia rerum incorporalium ea natura est, ut reb. corporalibus insint & inhęreant tanquam subjecto, ipsis sublatis, hę quoq; auferri videntur. Idem & de usu & possessione sentiendum est. Qui igitur rem ipsam intercipit, usum quoque rei intervertit, quod à furto absimile non est. Eguin Baro *§. ad h. t. tit.* f) *d. §. 2. Instit. h. t. d. l. 1. §. ult. & l. 6. l. 9. in pr. l. 14. §. Julianus. l. 20. §. 1. l. 21. in pr. vers. nam &c. & §. seq. & §. Item si majoris. l. 22. §. 1. de furt. l. 20. C. d. t.* Est autem rem contrectare, intercipiendi causâ loco rem movere, etiamsi nō auferatur à loco. *l. 1. §. si is. ff. de furt. l. 3. §. 18. ff. de acq. vel am. poss. l. 15. ff. ad exhib. l. 21. §. pen. & §. ult. ff. de furt.* g) *d. l. 1. §. ult. ff. de furt. & d. §. 2. Instit. eod. l. 8. §. 2. ff. arbor. furt. cæs.* Quòd si alio, quàm lucri faciendi animo, quis rem alienam contrectet, furtum non facit. *l. 39. & l. 53. in princip. ff. de furt.*

11 Aliud furtum manifestum est, aliud nec manifestum *a*. Manifestum est, cùm fur in ipso actu vel loco, ubi perpetratum est furtum, vel cum

re furtivâ, antequam ad destinatum perveniat locum, deprehenditur *b*. Nec manifestum, cùm fur inscio nec vidente, vel deprehendente rei sublatæ domino, vel aliis, cum re furtivâ ad destinatum pervenit locum *c*.

a) *§.3.Instit.h.t.l.2.ff.eod.* Divisionem hanc inutilem esse hodie nulliusq; momenti, sunt qui disputant, eam ob caussam, quòd hodie sit eadem ratio de furto quocunque commisso, & quòd furtis plerunq; agatur extra ordinem, *l.fin.ff.h.t.* Verùm sciant illi, non propterea, quòd extra ordinem agitur, si quis malit agere in duplum, vel in quadruplum, eum prohiberi, quia judicia ordinaria cessant potiùs, quàm exstincta sunt, Cujac. *in paratit.C.de furt.in fin.* Confirmatur & hæc divisio Constit. Carol.V. *art.157. & 158.* usúsque ejus adhuc est, quoad pœnam leniendam vel exasperandam. Vigel. *in Meth.Constit.Carol.c.8.reg.1.except.1.replic.2.* Dissent. Obrecht. *in disput.de furt.th.16.* b) *d.§.3.* Imò non minùs visus, quàm deprehensus pro fure manifesto habendus est. Clar. *5.recept.sent.§.furtum.nu.2.* Quo argumento suspecta redditur doctrina Bartol. *in l.1.ff.de acq.poss.* existimantes, hæc civitatum instituta, si quis inventus fuerit cum armis, accipienda esse de apprehenso sive capto. Nam & inventus rectè dicitur, & qui visus est. Cui non adversatur, quod ille de inventore lapillorum adfert. Quia id speciale est, & hanc rationem habet, quòd nisi rem ceperit, non videatur acquirere voluisse. Ulteriùs hîc quæritur, Satísne sit, furem in ipso furto visum fortè per rimas, vel dum accurreret aliquis apprehensurus ipsum, vidit rem abjici, neque tamen apprehendit, nec acclamavit? Cujacius *in lib.12.quæst.Papin.pag.331. & lib.11. observ.38.* Vultej. *Jurispr.Rom.cap.48.nu.90.& seq.* Anton.Matth. *d.§.3.Instit.h.t.* solum visum non sufficere putant, ut fur manifestus dicatur, nisi etiam acclamatum ei fuerit, in hunc modum: Fur quò te proripis, aut quò res abit mea? Idque probant ex *l.7.§.1.ff.h.t.* & illo Virgilii carmine:

Non ego te vidi Damonis pessime caprum
Excipere insidiis, multùm latrante Lycisca?

Et

Et cùm clamarem, Quò nunc se proripit ille? Tityre coge pecus, tu post carecta latebas.

c) *dict.* §.*3. in fin.* Notandum hoc loco, quòd quandoque contingat, ut quis manifestus & nec manifestus fur sit rei ejusdem, ut si quis armarium, quod tollere non poterat, aperuerit, & omnes res, quæ in eo erant, contrectaverit, atq; ita discesserit, deinde reversus unam ex his abstulerit, & antequam se reciperet, quò destinarat, deprehensus fuerit: Sed & qui segetem jure secat, & contrectat, ejus quod secat, manifestus & nec manifestus fur est, *l.21.in princ. vers. nam & si quis. & vers. seq. ff. de furt.*

3 Utrumque furti genus rursus variè dividitur. Aliud enim furtum conceptum dicitur, cùm apud aliquem in præsentiâ testium res quæsita invenitur *a*. Aliud oblatum, cùm res furtiva ab alio tibi oblata eo animo, ut rei inventæ turpitudo penes te potiùs esset, postmodum apud te invenitur. Sed à foro recesserunt hæc duo furti genera, utpote quæ magis actionum, quàm ipsius furti genera constituerint. Imò & non exhibiti & prohibiti furtum sublatum est *b*. Observatur tamen adhuc illud, ut penes quem res furtiva reperitur, is (nisi sit persona honesta & gravis *c*,) tantisper furtum commisisse judicetur, donec illum, à quo rem habet, demonstret.

a) §.*4. Inst. hoc tit.* Cùm hæc furti species hodie sublata sit, quæritur, an non ampliùs rem furtivam in ædibus alienis perquirere liceat? Si indicia aliqua contra eum, apud quem suspicor rem mihi subtractam esse, appareant, aditus judex in alienis ædibus mihi concedere potest perquisitionem; si nulla appareant, non potest. Clar. *5. recept. sent.* §. *furtum. num.3.* Cujac. *ad Paul. 2. sentent. 31.* Petr. Gregor. *lib. 37. syntag. jur. univers. part. 3. c. 1. n. 20. & lib. 4. part. jur. Can. t. 10. c. 7. h. t. l. in not.* Botch. *ad* §. *4. Inst. h. t.* Schneid. *ibid. n. 2.* Cagnol. *ad l. 104. n. 3. ff. de R. J.* Vide contraria quatuor dis-

ſoluta à Robero *diſp.19.th.9.lit.b.* b) *d.§.4.Inſt.h.t.* c) *arg. l.51.ff.pro ſoc.& l.5.§.6.ff.de re mil.* d) *l.civile 5.ibi, volenti evitare alienam boni viri ſuſpicionem. C.de fur.* Ex qua l. notandum, eum, qui emit rem furtivam, etiam bonâ fide, teneri illam domino reſtituere absque refuſione pretii. Schneid.*d.loc.n.6.* Vult.*lib.1.Jurispr.Rom.c.48.n.99.* Num verò re apud aliquem repertâ, hoc ipſo indicium ſatis ſufficiens ad torturã judex habeat, dubitatio periculi plena eſt? Nos ex facti circumſtantiis & perſonæ ſtatu determinandū hoc arbitramur, *arg.l.10 §.plurimum.ff.de quaſt l.4. §.& à Barbaris.ff.de re milit. l.55.ff.locat. l.31.ff.de donat.int.vir.& ux.* Clar.*in §.fin.q.21.n.41.* Roland.*conſ.45.* Meno.*lib.2. arb.jud.quaſt.cent.5. caſ.461.n.10.* Schneid.*ad d.§.4.num.5.* Diſſ.Ludov.Roman.*ſingul.323.* Kirch.*comm.opin. cent.2. concluſ.62.* Hippol.Marſil.*in pract.crim. §.diligenter. n.91.*

4 Porrò aliud furtum nocturnum dicitur, quod noctu; aliud diurnum, quod interdiu perpetratur *a*. Aliud balnearium, quod committit is, qui veſtiaria hominum in balneo verſantium aufert *b*. Aliud abigeatus, quod animo abigendi pecora ex ſtabulis vel paſcuis committitur *c*; Eſtq; plerunq; in grege, licet & in una pecude conſiſtat *d*. Aliud effractorum, perforatorum, expilatorum, & prædonum, qui ędes ac villas alienas, quaſi expugnant ac deprædando devaſtant *e*. Aliud tigni juncti, cùm quis ad eludendum tignorum reſtitutionem ea jungit ædibus ſuis *f*. Aliud arborum furtim cæſarum, cùm quis vel ferro, vel ſerrâ, vel alio inſtrumento clàm arbores alicujus ſecuerit, cæciderit, crebris ictibus exciderit, vulneraverit, cinxerit, i.e. deglabraverit, vel ex ſeminario arborem tranſtulerit *g*. Aliud tumultuarium, cùm quis tempore vel naufragii vel ruinæ, vel incendii vel navis expugnatæ, ubi commoda res ſubtrahendi ſe offert occaſio, aliena aufert & contrectat *h*. Aliud domeſticum,

meſticum, quod à domeſticis, uxore, filiis, filiabus, & ſervis fit patrifamiliâs *i.* Aliud furtum eſt, quod ſervus, in teſtamento vel purè vel ſub conditione manumiſſus, committit tunc, cùm ſtatim ab aditâ hereditate, vel eâ adhuc jacente, furtum hereditati facit, eamq; dolo malo compilat *k.* Deniq; aliud ope conſilioq; actum furtum eſt, ſi quis aut opem faciendi furti gratiâ ferat, veluti ſi ferramenta, funes vel ſcalas commodaverit, aut conſilium det de furto faciendo, vel id conſilio juvet, veluti ſi perſuadeat ſervo alieno ut fugiat, atque ita ab alio intercipiatur *l.*

a) *l.ſi pignore 54.§.furem interdiu.ff.de furt. l.furem nocturnum 9.ff.ad L.Aquil.* Carol.V.*conſtit.pœnali, art.167.* Cujac.*lib.11.obſ.27.* b) *t.t.ff.de furibus balnear.* ubi Weſ. c) *l.1.§ 1.ff.de abigeis.l.5.§.qui deſertionis.ff.de re mil.* d) *l.ſi.§.pen.ff.de abig.* æſtimatur enim ex animo abigendi, *l.1.§.1.ff.d.t.de abig.* e) *t.t.ff.de effract.*& ibid. Weſ. Hujus generis etiam ſunt ſaccularii, artificio quodam nummos è marſuppio ſuppilantes, *l.1.l.ſacculari.ff.de extra.crim.* Cujac. *in parat.de effract.* item cœnacularii, qui in cœnacula intromiſſi clauſtra reſerant omnia, Cujac.*d.loc.* f) *l.2.l.3.C.de ædib.pri.t.t.ff.de tig.junct.* g) *l.5.l.7.& t.t.ff.arb.furt.cæſar.* h) *L.eum qui.C.de furt.t.t.ff.de incend.ruin.naufr.* i) *l.11.§.1.ff.de pœn.* Illud quod ab uxore committitur, nomen habet peculiare, rei amotæ, *t.t.rer.amotar.* Quid ſi noſtra familia alii furtum faciat? Eò pertinet *t.t.ſi fam.furt.fec.dic.* dominus offerendo tantum, quantum præſtaret unus liber, ſi furtum feciſſet, liberatur, ne omnes noxę dedere cogatur, *l.1.in fin.prin.& §.fin.d.t.l.9.de jurisd.l.32 ff.ad L.Aquil l.32.ff.de noxal.act.* k) *l.1.2.& 3.ff.ſi is qui teſtam.liber eſſe juſſ.* l) *l.ſæpè.in fin. & ibi* Interpp.*de V.S.l.in furti.§.1.& l.qui ſervo 36.ff.h.t.§.interdum 11.Inſt.eod.*

5 Furtum faciunt omnes, qui doli capaces ſunt *a*, dum ſcientes *b* rem alienam lucri causâ contrectant. Hinc infantes *c*, furioſos ac de-

mentes *d* furtum haud committere posse, constat quamvis in impuberibus pubertati proximis aliud obtineat *e*.

a) *l.23.l.25.l.46.§.7.l.50.§.rectè Pedius.ff.de furt.§.18.Instit.eod.* b) Hinc qui duos sacculos surripit, unum decem alterum viginti, quorum alterum suum putavit, alterum scit alienum, hujus tantùm, non etiam illius furtum facit *l.21.§.sed & si quis.ff.hoc tit.* Si quis tamen suam putet rem quæ est connexa pars rei alienæ principalis, veluti si alieni poculi ansam suam putet, vel alienæ mensæ pedem putet suum, vel lecti alieni fulcrum, totius rei principalis, atq; ita etiam partis, quam suam putat, furtum facit. *d.l.21.§.sed et s. ansam.ff.d.t.* Ratio est, quia juris error non excusat, *l.4. l. 8.& l.seq.ff.de jur.& fact.ignor. l.11.C.d.t.* Est autem juris error, ignorare, partem rei principalis ejus esse, cujus per accessionem propria facta est, per *l.26.§.1.& l.seq.in princ. ff.de acquirend.rerum dom. l.7.§.idem et si armario.ff.ad exhib. l.23.§.2.ff.de R.V.l.19.§.perveniamus. & §§.seqq.ff.de aur.& argen.legat.* c) *d.l.23.ff.h.t.l.12.ff.ad L.Cornel.de sicar.* d) *l.3.§.1.ff.de injur.d.l.12.* e) *d.l.23.d.l.18.ubi* Borch. *Instit.h.t.* Quia verò hodie ex Constit. Caroli V. criminaliter plerunq; agitur, & pœna ferè capitalis est, non inconvenienter quæritur, An impubes pubertati proximus capitaliter puniri possit? Et non posse, verius est, licet verberib. aliáve pœnâ arbitrariâ affici queat, ut arguit l.12.tab. quia furtum manifestum quidem capitale erat; sed tamen Decemviri, qui 12. tabulas scripserunt, pueros impuberes prætoris arbitratu verberari voluerunt, noxamq; ab iis factam sarciri, tradente Gellio *lib.11.Noct. Att.c.ult.* Quò pertinet & *l.1.§.impubes. cum §.seq. & l.14.ff.ad SCtum Syllan. & l. 7.§.1.ff.de minor.25.ann.& art.* Carol. V. *164.* vide Gomez. *tom.3.var.resol.de delict.c.1.n.62.& seq.* Clar. *lib.5.sent.§.fi. quæst.60.num.3.* Giphan. *ad §.18.Inst.h.t. & lib.4.disput.33. num.12.*

6 Ejus rei furtum fit, quæ contrectari potest, ut est res *a* mobilis, non etiam fundus *b*. Neq; refert, res sit animata *c*, vel animâ careat *d*.

a) etian

a) etiam minima, §. *Gallinarum.* ubi gl. Schneid. *num.* 2. Wesenb. ibid. ad Schneid. Borch. Mynf. Anton. Matthæus, Petr. Heig. *ad eund.* §. Wesenbec. *in parat. ff. hoc tit. num.* 10. Clar. post alios *lib.* 5. *sent.* §. *furtum. num.* 23. Bronch. *cent.* 4. *ass.* 70. Disf. Zas. *sing. respons.* 26. & Covarr. *libr.* 1. *var. resolut. c.* 13. *nu.* 12. b) *l.* 21. §. *certè si proponas.* & *l. verum* 25. *in prin. ff. de furt.* c) Nam & hominis furtum fit illi, in cujus potestate est, veluti filiisfam. *l.* 14. §. *si filiusfam. l.* 38. *ff. de fur. fac. l.* 1. §. *per hanc autem. ff. de R. V.* §. *interdum etiam. Instit. h. t.* itemq; servi, *l. qui vas* 48. §. *ancilla* & §. *seq. l. si quis uxori* 52. §. *si servus surreptus. l. ancilla* 60. *ff. de furt.* cum etiam brutorum animantium, veluti armentorum & jumentorum, *l.* 40. *ff. eod.* putà boum & equorum, *l.* 1. §. *abigeis autem. ff. de abigeis.* item gallinarum & anserum, *d.* §. *gallinarum. Instit. de rer. divis.* ac pavonum mansuetorum, *l.* 37. *ff. de furtis.* denique piscium ex piscina, secundùm pœnalem constitut. Carol. V. *art.* 169. *d)* Rebus inanimatis annumerantur arbores, lapides, arenæ & terræ fructus alii, *l.* 25. §. *ult.* & *l. seq.* ... *ff. de furt.* item tabulæ sive cautiones, cæteraque instrumenta, & quod in iis continetur, si aliæ probationes desint, *l. qui tabula* 27. *in pr.* §. 1. & 2. §. *fin. l. sed si surripuerit* 28. *l. sed si imaginem* 31. §. 1. & *l. seq. in princ. l.* & §. 1. *eod. tit.* Et licet quis ignoret cujus sit res, quam alicubi jacentem lucri faciendi causâ aufert, furti tamen se obstringit. Nibil enim ad furtum minuendũ facit, quòd cujus sit, ignoret, *l.* 43. §. *qui alienum quid jacens ff. h. tit.* Unde etiam earum rerum furtum fit, quæ facto naufragio alicubi dispersæ jacent, vel ex nave ejus levandæ & periculi effugiendi gratiâ ejectæ sunt, ex animo, ut si salvę fuerint, recipiantur, *d. l.* 43. §. *si jactum ex nave factum. ff. de furt.* §. *ult. Inst. de rer. divis.* nisi piratica aut hostilis fuerit, *Auth. Navigia. C. eod. tit.* Eadem est ratio aliarum rerum, quæ de rhedâ currente non intelligentibus hominibus cadunt, *d.* §. *ult. Inst. de rer. div.* Ut autem, qui jacentẽ rem tulit, à furti suspicione & obligatione se liberet, proponere debet libellum, continentem se invenisse, & redditurum se ei, qui desideraverit, & ostenderit rem esse suam, *l. falsus* 43. §. *qui alienum. ff. hoc tit. c. si quid invenisti* 14. *q.* 5. Wes. & *alii in* §. 47. *Inst. de rer. div.* Gomez *tom.* 3. *var. res. c.* 5. *n.* 2. Danæ. 2. *Eth. Christ. c.* 15. Costal. *in l. si procuratori.*

ff.condic.cauſ.dat. Clar.*5. recept.ſent.§.furtum.nu.5* **Marq.** Freher.*2.de exiſtimat.c.6.n.23*. Sed quæritur,an pro re inventâ honeſtè poſſit peti inventionis præmium? Negat.cum Mynſ.*in §.fin.in fin.Inſtit.h.t.* Covarr.*in c.peccatum,part.2. relict.§.3.n.3.* Coraſ.*ad l.1.nu.10.ff.de acq.poſſ.* Zaſ.*ad l.4.§.ſi tibi judicium.n 7. & ibi* Coſtal.*ff.de condict.ob turp.cauſ.per d.l.falſus 43.* adde Cujac.*lib.11.obſ.18.* Quod ſi non inveniatur is,cujus res inventa fuit,Eccleſiæ vel pauperibus ea tribui debet,*c.nemo qui rapit 14.quæſt.5.*

7 Furto autem res non priùs dicitur ablata,niſi tria hæc concurrant,ipſa rei contrectatio *a*, dolus contrectantis *b*, & animus intercipiendi & lucrandi rem,quæ contrectatur *c*.

a) Sola enim cogitatio furti faciendi furem non facit, *l.1.§.1.ff.h.t.& l.21.eod.* Hinc furtum non facere dicitur,qui duntaxat conſilium alii dat,& hortatur eum ad furtum faciendum,*l.36.in pr.l.62. ff.h.t.l.47.ff.de R.J.* niſi ex eo conſilio & hortatu ſequatur furtum,*d.l.36.§.2.ff.h.t.& l.62. §. 19.ff.eod.* Gœdd.*ad l.ſæpè 53.num.7.ff.de V.S.* Duar.*ad h.t.ff. c.5.* Borch.*ad §.11.Inſtit.h.t.* Bronch.*cent.4.aſſ.73.* b) *l.1.ff. & §.1.Inſt.h.t.* Fur igitur non eſt qui tollit rem,quam pro derelicto habitam putat,*d.l.43.§.ſed ſi non fuit.ff.hoc t.* neq; is,qui putavit ſe domini voluntate rem attingere,*l.46.§.rectè dictum eſt.ff.eod.§.7.Inſt.hoc t.* c) *d.l.1.ff.h.t.& §.1.Inſt. eod.* Hinc furtũ non facit,qui libidinis,non furandi causâ, meretricem,alienam ancillam rapuit vel celavit,*l.39.ff.de furt.* Ant.Matth.*ad d.§.1.Inſt.h.tit.in verb.Fraudulosa &c.* ut nec ille,qui injuriæ causâ januam effregit,quamvis inde per alios res amotæ ſint, *l.qui injuria 63. in pr.ff.h.t.* Sive autem ipſius rei,ſive poſſeſſionis tantùm aut uſus duntaxat intercipiendi & lucrandi causâ quid contrectet aliquis,furtum facit,*l.1.§.ult.ff.h.t.& §.1.Inſt.h.t.* Rei intercipiendæ & lucrandæ causâ contrectat,qui alienam rem, id eſt,proprietatem cum poſſeſſione & uſu ſibi affectat,*l.1.in fin.ff de furt.§.1.Inſtit.h.tit.* qualis etiam is eſt,cui ſcienti,ego ignorans rem meam quaſi ſuam tradidi,modò lucrandi animo eam acceperit, *l.ſi juſſu 44.§.1.ff.h.t.* Item falſus creditor, qui ſciens indebitum accepit,*d.l.43.in princ.ff.hoc t.* falſus

item

item procurator, qui nomine veri procuratoris accepit pecuniam à debitore creditoris, *d.l.43.§.1. & l.80.§.falsus. ff. hoc t.* Controvertitur inter Dd. an huc referri debeat exemplum tabellarii seu nuncii, cui tradita est pecunia ad alium perferenda, si illam retinens in suos usus convertat, an rem alienam contrectasse rectè dicatur? Et eum, sive pecuniam annumeratam sive obsignatam accipiat, indistinctè furtū committere existimamus per *l.7.C.de furt.* moti etiam hac ratione, quia liquidò constat, nunquam nudā traditionem dominium transferre, sed ita demum, si venditio aut aliqua justa causa præcesserit, propter quam traditio sequeretur, *l.31.ff.de acq.rer.dom.* Probant hanc sententiam Alex. Curt. Dec. *in d.l.7.* Moll. *libr.4.semest.cap.2.* Diss. Bartol. Fulgos. & Jas. in *l.ejus qui 41.§.qui verò pecunias. num.6.& 7.ff.de reb.cred.* & alii, qui annumeratione pecuniæ simplici dominium esse translatum, & consequenter rei suæ nullum furtum esse existimant: Porrò possessionis intercipiendæ causâ rem contrectat debitor, qui creditori pignus datum aufert, *§.14.Institut.hoc tit.* Paul *libr.2.sentent. tit.31.* usum verò rei intercipit ille, qui rem alienam sibi commodatam, vel apud se depositam, vel pignori datam, invito domino in alium usum, quàm cujus gratiâ data est, vertit, *§.6.Institut. h.tit. l.54. in princ. l.40. l.76. in pr. ff.h.tit.* Hinc creditor, si rem liquidò debitam à debitore clàm auferat, furtū committit. Vide Bronch. *cent.1.ass.56. & cent.4.ass.75.* Nec obstat *l.55.ff.de furt.*

8 Pœna furti duplex est, una ordinaria, altera extraordinaria. Ordinaria furti manifesti pœna est quadrupli *a*, nec manifesti dupli *b*. Utramq; actione persequimur pœnali, ut quadruplum & duplum mera sit pœna, & præter id rei ablatæ detur persecutio, idq; actionibus in simplum peculiaribus, putà ad exhibendum *c*, rei vindicatione *d*, & condictione furtivâ *e*.

a) *§.1.Inst.h.t.* Cur autem durior in furto manifesto vindicta placuerit, mirari quis non immeritò possit? Quippe cùm graviùs videatur delinquere, qui clàm, quàm qui palàm facinus aliquod perpetrat, *l.non administre. ff.de ad-*

ministr. tut. Contrarium verò ideo placuit, quia ea, quæ naturâ suâ sunt turpia, majore turpitudine palàm committuntur, ut exemplo est scortum publicum: fac. *l. 2. §. si in re. ff. de vi bonor. rapt. l. palàm. ff. de ritu nupt.* b) *d. §. 5.* Quæritur, an pœna furti nec manifesti sit prætoria, an verò civilis ex L XII. tabularum? Civilem esse dicimus per *§. 4. Instit. de nox. act. l. 1. §. pen. ff. de tut. & rat. distrah. l. 1. §. 3. ff. furti advers. naut. cap.* Vult. *ad pr. h. t. n. 55. & lib. 2.* Jurispr. *Rom. c. 19. Cont. 1. subs. lect. 2.* Wes. *ad d. §. 5.* Ant. August. *lib. 4. emend. c. 4.* Diss. Myns. *ad d. §. 5.* Baro *ad §. 4. hoc tit.* Duar. *ad tit. ff. de furt.* c) *l. 7. §. 1. ff. de condict. furt.* d) *§. ult. Inst. h. t. l. furti. §. 12. ibi, vel adversus possidentē. l. 15. l. 17. C. de furt.* e) Atqui hæ actiones ferè sibi videntur contrariæ, ut apparet in rei vindicatione, & condictione, quâ peto rem meā mihi dari, i. e. meam fieri (quod proprium est actionū personalium,) quod tamen impossibile videtur jure & per naturam, ex eo quòd res, quæ jam mea est, amplius mea fieri non potest. Respondeo, condictionem hoc casu degenerare adversus furem, & referri petitionem actoris ad genus quidem actionis personalis, sed ipsam petitionem dari ad restituendum; id est, Convenitur quidem fur in narratione actione personali, sed cùm petitur, tunc petitur rem restitui, etsi peteretur dari, tamen sustinenda esset petitio, & verbū DARI degeneraret, significaretq; idem quod verbum RESTITUI. Vide Zas. *in §. 14. Inst. de act.*

9 Furti actio ei datur, cui invito *a* res aliqua intercipitur, sive dominus rei illius sit, sive non, suâ tamen intersit *b*, rem non intercipi *c*, qualis est omnis ille, qui alienæ rei, quam tenet, custodiam præstare jubetur, veluti conductor rei alienæ *d*, fullo, qui curanda poliendáve vestimenta, & sarcinator, qui sarcienda vestimenta mercede certâ constitutâ accepit *e*, creditor cui furtum fit in pignore, si id ei surripiatur *f*, ut & mandatarius, cui in re mandatâ fit furtum, itemque commodatarius, cui fit furtum in re commodatâ *g*, nisi dominus

minus contra furem actionem furti elegerit *h*. Et datur non solùm hæc actio adversus extraneum, sed etiam interdum adversus ipsum rei dominum, putà à mandatario, conductore, commodatario, modò ob aliquas impensas retentionem rei habuerit *i*.

a) *l. si quis 20. vers. nobis itaq. C. de furt. §. 8. Instit. h. tit. d. l. 43. §. 1. ff. hoc tit.* Unde si credat aliquis, invito domino se rem ejus contrectare, domino autem seriò volente id fiat, furtum fieri non dicitur, *l. 46. §. per contrariũ. ff. hoc t. d. §. 8. Inst. eod.* b) Interesse autẽ debet ratione rei surreptæ, *l. 49. ff. h. tit.* non aliunde & ex honestâ causâ, *l. itaq. §. pen. ff. de furt.* Ideo furi regulariter hæc actio non datur, *l. 12. ff. h. tit.* Bronch. *cent. 4. ass. 71.* Notandum hîc, quòd interdum tamen furtum ei non fiat, cujus interest rem salvã esse, ut ecce creditori etsi is aliunde creditum servare non possit, furtum non fit surreptione rei debitoris, quæ pignoris jure obligata non est, neq; mulieri fit furtũ in re dotali, sed ejus marito, *l. interdum 49. ff. h. t.* c) Hinc contrectatione rei legatę, post testatoris, cujus ea fuit, mortem facta, furtum fit legatario, *l. si dominium 47. in fin. l. 66. §. 1. & l. 56. in princ. vers. sed etsi persona. ff. h. t.* Sed obstare videtur *l. is cujus interest 85. vers. item is cui. ff. eod.* vide Cujac. *in libr. 39. Pauli ad Edict. pag. 247. & seq.* Obstare item videtur, quòd ei tantùm furtum fit, qui possidet, *l. 1. §. Scævola. ff. si is qui test. lib. esse.* & scribit Cujacius *in lib. 11. quæst. Pap. pag. 289. & in lib. 26. quæst. pag. 32. & ad l. 17. §. ult. ff. de præscript. verb. & in d. l. 39. Pauli ad Edict. pag. 242. colum. 2.* d) *l. cùm qui 14. §. qualis ergo. hoc tit.* e) *l. 12. §. 1. ff. h. t. §. item si fullo. Instit. h. tit.* f) *d. l. 12. §. sed etsi pignori. & l. eum qui 14. §. Papinianus tractat. & §. sequente. §. qualis ergo. l. 20. in princ. ff. eodem. §. unde constat creditorem. Instit. h. tit.* g) *d. l. 14. §. si res commodata. & §. non solùm autem. & §. qualis. l. 48. §. si ergo. ff. h. tit. l. 5. in fin. ff. commodat.* h) *§. quæ de fullone. Instit. h. tit. l. fin. C. eodem.* i) *d. l. 12. §. 2. l. 19. §. pen. & ult. & l. seq. in princ. l. si debitor 79. ff. de furt. §. 10. Inst. hoc t. l. creditoris 15. §. ult. l. si is qui rem 59. ff. eodem.*

10 Utraq; actio tam furti manifesti, quàm nec manifesti furti perpetua est *a*: Contra heredes tamen furis non datur *b*, nisi lite cum ipso fure contestatã *c*; secus est in cõdictione furtivâ *d*. Ea enim in solidum datur adversus heredem furis, non in id tantùm, quod ad eum pervenit *e*.

a) *l.41.§.quamdiu.ff.de furt.§.furti quoq; manifesti. Instit.de perpet.& temp.act.* b) *§.non omnes.Inst.dict.tit.l.38. l.111.§.in heredes.ff.de Reg.Jur.* c) *l.omnes 26.l.pœnalia 125. ff.d.tit.l.un.Cod.ex del.def.in quant.her.convent.* d) Quia quis rem sibi furto ablatam, vel, si non extet, ejus æstimationem, *l.in re 8.in princ.& §.1.ff.de condict.furt.* cùm fructibus, *d.l.8.§.ult.* & interesse, *l.3.d.tit.* à fure vel ejus herede restitui petit, *l.2.l.5.l.7.§.ult.l.9.ff.dict.tit.* In æstimatione autem rei furtivę ampliùs non existentis spectatur tempus, quo ea res unquã fuit, *dict.l.8.§.1.* Qui opem tulit, aut consilium solummodò dedit, rem verò ipsam nõ contrectavit, hac condictione non tenetur, etsi furti tenebitur, *l.6 ff.d.t. de condict.furt.* Gœdd.*ad l.53.ff.de verb.sign.nu.17.in fin.& num 18.*ubi respondet ad *l.4.§.si opem ferente.ff.de pecul.* Est autem duplex hęc condictio, certi vel incerti, *d.l.12.§.ult.ff. de condict.furt.* Illa datur soli domino, cui furtũ factum est, *l.1.ff.d.tit.* Cujac.*in parat.C.eod.tit.& in libr.9.Quæst.Papin.pag.222.colum.1.& in libr.39.Pauli ad Edict.pag.247* hæc soli possessori veluti creditori, cui pignus furto ablatum est, *dict.l.12.§.ultim.& l.22.in princ.ff.de pignerat.act.* itemque commodatario, *l.ult.§.sed cùm in secundam.ibi non tantùm in rem furtivam.Cod.de furt.* Vaud.*lib.1.quæst. 34.* ut & bonæ fidei possessori, *l.2.in fin.ff.de condict.tritic. l.verum est 25.ibi, posse condici possessionem.ff.de furt.* Cujac *in lib.9.quæst.Papin.p.222.colum.1.*& Joh.Vaud.*d.quæst.34* d) Hinc apparet, ex maleficio hanc condictionem natam esse. Quod etiam probatur ex *l.10.§.quoties.ff.de compensat.l.si mulier 25.§.hac actio.ff.de act,rer.amot.* Donell.*ad §. sequens illa divisio.n.10.Inst.de act.* Diss.Jas.*ad l.7.§.fin.ff.de condict.furt.* Vultej.*ad §.14.num.7.Inst.de act.* e) Quia actiones rei persecutoriæ adversus heredes furis dantur in solidum

solidum, *l.7.§.fin.ff.de condict.furt.l.in honorariis.ff.de oblig. & act.* (Anton.Faber *libr.4.conject.cap.1.* Dissent.Fachin. *libr.9.controvers.c.5.*) Atqui condictio furtiva est actio rei persecutoria, *d.l.7.& §.fin.Inst.eod.l.12.C.h.t.* Ergo in solidum adversus furis heredem datur. Deinde probatur hæc sententia per *l.9.ff.de condict.furt.* & eã amplectuntur Ant. Fab. *d.loc.* Donell. *lib.15.c.29.* Arumæ. *disp.17.ad Inst.exerc.9.* Diss. Cujac. *lib.7.obs.37.& lib.13.obs.37.& in parat.C.de condict.furt.* & Vult. *d.loc.*

11 Extraordinaria furti pœna pro commissi delicti qualitate & circumstantiâ modò pecuniaria est, modò corporalis, modò relegatio, modò in opus publicum damnatio, modò alia atque alia *a.* Fures nocturni quivis *b* ex Leg.12.tabul. item diurni se cum telo defendentes *c*, olim impunè à dominis trucidari potuerunt. Sed hoc postea ita est coarctatum, ut ne nocturnũ quidem aliter, quàm si quis parcere ei sine periculo non possit *d*, occidere liceat, nisi noctu in agris depopulator deprehendatur *e*. Abigei humiliores plerunq; ad opus temporarium damnantur, honestiore loco nati, aut relegari, aut ordine moveri solent. Pœnam quandoq; gladii sustinent, quandoque bestiis subjiciuntur. Ubi enim frequentius hoc delictum est, ibi etiam pœna gravior. Inde autẽ atrocius æstimatur *f* hoc furtum, quòd plerunq; cũ latrocinio exercetur. Receptatores abigeorum ad decennium relegantur *g*. Effractores si viliores sunt, in opus damnantur publicum; si honestiores, ordine etiam moventur. Nocturni verò fustib. cæsi in metallũ damnantur *h*. Effractionem si subsecutum est furtum, pœna ex Constitutione Carolinâ est capitalis *i*. Quod verò per effractio-

nem & pacis publicæ violationem committitur, id quinque excedens ſolidos laqueo *k* vindicatur. Minus quinque ſolidis fuſtigationibus & forcipe punitur *l.* Quòd ſi fur admiſerit furtum vel quinque ſolidorum, vel majus, ſine effractione tamen & aſcenſione aut armis, diſpiciendum eſt, manifeſtum vel nec manifeſtum ſit furtum, ſpectanda item furti quantitas, iteratio, frequentia, perſonæ conditio, quantúmque detrimentum læſo furtum illud afferat, & pro ejusmodi aliquâ qualitate, corpore aut vitâ fur ille ſecundùm eandem Carolinam conſtitutionem plectendus erit *m.* Verùm de æquitate tamen hujus pœnæ capitalis, maximè ſi furtum ſit ſimplex, nec adjuncta habeat alia delicta, admodum dubitatur. Theologorum *n* & quorundam JCtorum *o* hac de re opinio eſt, eam pœnam nimis duram, adeóque legi divinæ contrariam, idcirco leviorem & quidem pecuniariam furibus infligendam, ſeu pro ratione rei furto ablatæ ſecundùm tenorem ſacræ paginæ & leges etiam Romanas civiles, duplum, triplum, vel quadruplum à fure domino rei reſtituendam eſſe.

a) *l.1.l.2.l.3.ff.de furibus balnear.l.fin.ff.de furt.* b) *l.4. ff.ad L.Aquil.* c) *d.l.4.l.ſi pignore 54.§.furem.ff.h.tit.* d) *l. furem 9 ff.ad L.Cornel.de ſicar.* Defenſio enim eſt licita, ita tamen ut moderamen inculpatę tutelę adhibeatur, hoc eſt, ut defenſio fiat in continenti. Vide meam *diſput.1.illuſtr. controv.q.12.* Deinde ut fugiat quis potiùs, ſi poſſit, quàm aggreſſorem occidat. Vide *dict.diſp.1.quæſt.13.* e) Ibi enim jus 12.tab. remanſit, *l.1.C.quand.lic.unicuiq; ſine judic.ſe vindic.* f) *tot.tit.ff.de abig.* Weſ.*in parat.eod.* g) *l.f[illegible] in fin.ff.de effract.* h) *l.6.ff.de extraord.crim.l.1.& 2.ff.de effract.* i) *art.159.& 160.* Weſ.*in parat.ad tit.ff.de effract.*

k) *§.ſi*

k) §. *si quis quinq; solidos tit. de pace tenend. in usibus feud.* Occurrunt hîc aliquot non inelegantes quæstiones. Primò enim quæritur: An, si damnatus ad mortem laquei, rupto laqueo in terrã cadat incolumis, dimitti debeat? Affirmant vulgò Interpretes, Lucas de Penna *in l. 1. C. de desert. & occult.* Dec. *in l. favorabiliores 125. n. 8. ff. de Reg. Jur.* Bossius *in pract. crim. tit. de execut. sent. num. 25.* Tiraq. *in tract. de pœn. temp. cauf. ult.* Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 44. nu. 6.* Gomez. *tom. 3. var. resol. c. 13. n. 37.* Nevizan. *lib. 1. sylv. nupt. num. 62.* Wes. *in parat. ff. de pœn. num. 9.* Setzerus *disput. 28. coron. 2.* quos sequitur Arumæ. *d. disp. 17. Exerc. 8.* Verùm secundùm Carolinã constitutionem negativa verior esset, quam tuetur Muscor. *in tr. de jurisd. num. 93.* Treutl. *disp. 30. thes. 3. lit. g. vol. 2.* Cagnol. *ad d. l. favorabiliores. num. 11.* Secundò hîc quæritur, An puella, quę furem aut reum mortis in maritum sibi petit, à pœna ipsum liberet? Negamus observatâ Constitutione Carolinâ, quia Reipublicæ interest, maleficia non esse impunita, *l. 3. Cod. de Episcopal. aud.* & solius principis est remittere pœnam, *l. 27. in princ. ff. de pœn.* Tiraquell. *de pœn. LL. temper. in præfat. in pr.* Cacheran. *decis. 101.* Tessaur. *decis. 21. in princ.* Vasquius *1. illustr. controv. c. 48. num. 15.* Dissent. Soarez. *in addit.* ad Gomez. *tom. 3. variar. resol. cap. 13. num 37.* Sebast. Medic. *in tract. Mors omnia solvit. pag. 1. num. 158.* Nevizan. *in sylv. nupt. libr. 1. num. 26. in fin. & lib. 4. num. 33.* Clar. *5. recept. sentent. §. fin. quæst. 98. n. 6.* Tertiò quæritur: An cadavera suspensorum, rotæ impositorum vel aliter punitorum, possint deponi, & sepulturæ mandari, an verò in patibulo vel rota relinquenda sint? Posterius negamus per *l. 1. & l. 3. ff. de cadav. punit. l. 11. C. de relig. & sumpt. fun.* Wes. *in parat. ff. de cadav. punit.* Secundùm tamen consuetudinem Germaniæ suspensorum & rotæ impositorum cadavera non sepeliuntur, sed ad exemplum in furca vel rota relinqui solent, Speckhan. *centur. 1. quæst. 9.* Gomez. *tom. 3. cap. 14. num. 8.* Clar. *5. sentent. §. fin. quæst. ult. in princ.* Quartò quæritur: An à pœna constitutionis Carolinæ excusetur, si quis extremâ pressus inopiâ edulia vel cibaria furetur? Ex benigna interpretatione receptum putamus, ut fur, si ad pinguiorem fortunam pervenerit, ablatum restituat, Franciſc. Sarm. *in tract. de red. Ec-*

clesiast.p.3.num.4. Dom. à Sot. *lib. 5. de just. & jur. q. 3. art. 4.* Neviz. *in sylv. nupt. nu. 48.* Chassan. *de gloria mundi part. 12. consid. 30.* Gregor. *4. part. jur. Can. tit. 10. c. 4. lit. e.* Dissentit prolixè Elias Rober. *disput. 19. ad Instit. thes. 4.* l) *d. §. si quis quinq; solidos. tit. de pac. ten. in usib. feud.* Non inconveniens est hoc loco illa quæstio: An fur alibi, quàm in loco delicti puniri possit, si inveniatur cum rebus subtractis, an verò remittendus sit ad locum delicti? Posterius affirmo *arg. l. si cui. §. ult. ff. de accusat.* Farinac. *de inquisitione, quæst. 7. post n. 7.* Covarr. *pract. quæst. c. 11. n. 9.* Clar. *quæst. 38.* Fach. *libr. 9. controv. c. 9.* qui dissentientes allegat. Planè de consuetudine Germaniæ delinquentes in alieno territorio capti non remittuntur ad locum delicti, sed in loco captivitatis forum & judicia sortiuntur, & ibid. supplicia subeunt. Quanquam plerunq; in delictis atrocioribus, propter exemplum ad locum delicti precariò & jure amicitiæ & vicinitatis, captivorum remissio fieri soleat, idq; sub literis reversalibus, quòd scil. hujusmodi remissio remittentis jurisdictioni non sit nocitura, tradente Geilio *lib. 1. de pac. publ. c. 16. n. 30. & seq.* m) *d. art. 160.* Sed quæritur hoc loco: Si fur à judice ad mortem condemnatus fuerit, utrùm res furtiva ad fiscum pertineat, an verò ad eum cui subtracta est? Ad hunc pertinere existimamus per rationes à me adductas, *d. disp. 18. quæst. 4.* vide Schneid. *ad §. fin. nu. 8. Inst. de furt.* Damhoud. *in pract. crim. cap. 110. n. 51.* Knichen. *in tr. de priv. Sax. verb. ducum. §.* Wasserfischerey. Elias Rob. *disp. 19. ad Inst. th. 7.* n) Dn. Joh Piscatoris *in præfatione præmissa Analysi in Exod.* Dn. Wilhelmi Zepperi *in tr. de legib. Mosaic. lib. 1. cap. 10. pag. 77. 78. 79. 80. & 81. & aliorum.* o) Nevizani *in Sylva nupt. lib. 1. nu. 69.* Paridis de Puteo *super constit. Friderici de pac. ten. in usibus feud.* Ant. Matth. *in disputatione quadam extraordinaria de pœna furti.*

12 Superest ut actiones cognatas furti actioni videamus. Eæ sunt, actio tigni furtivi, arborum furtim cæsarum, furti tumultuarii, domestici, item servi in testamento manumissi. Quòd si quis tignum alicui subtraxerit, idque suis ædibus junxe-

junxerit, actio de tigno juncto in duplum competit *a*: cui duplo etiam simplum inesse dicimus *b*. Sed hæc de tigno juncto actio an etiam in duplum competat adversus eum, qui bonâ fide tignum alienum ædibus suis junxit, controversum est. Nos id affirmamus *c*. Actio arborum furtim cæsarum etiam in duplum datur *d*, faciendâ æstimatione quanti domini intersit non lædi *e*, & datur adversus eos qui cædunt, sive unum, sive plures in solidum in singulos *f*. Sed & aliæ actiones adversus hos competunt. Nam & furti tenentur, si lucri faciendi causâ contrectaverint *g*, & interdum ex locato, si colonus cædat *h*, item condictione & ad exhibendum *i*, ac criminaliter etiam extra ordinem tanquam latrones puniuntur, maximè si vites cæciderint *k*. Tumultuarium furtum quadrupli, cui etiam rei persecutio inest, restitutionem exposcit *l*, graviùs tamen interdum punitur *m*. Domesticum furtum mitiùs puniri solet, & quidem extra ordinem *n*. Furti tamen actio inter patrem & filium, dominum & servum non nascitur *o*. Licet ii, quorum ope & consilio illæ personæ furtum fecerunt, furti teneantur *p*. Adversus servum, qui in testamento manumissus hereditatem dolo malo compilat, introducta est prætoria in factum actio in duplum intra annum, post eum verò simpli restitutio cum infamia datur *q*.

a) *l. 1. in prin. ff. de tig. junct. l. adeò 7. §. cùm in suo. vers. nec tamen. ff. de acq. rer. dom. l. in rem 23. §. tignum. ff. de R V. §. cùm in suo. Instit. de R.D.* b) *d. §. cùm in suo. vers. quod si aliqua. Instit. d. t.* c) *per text. in d. l. in rem 23. § tignum. ff. de R. V. l. gemma 6. ff. ad exhib. d. §. cùm in suo. Inst. de R.D. & d. l.*

adeò 7. §. cùm in suo. ff. de acquir. rer. dom. ubi indistinctè & generaliter de tigno tam bonâ, quàm malâ fide juncto pronunciatur, vindicari id durante ędificio non posse, & postea additur, Sed posse actione in duplum agi adversus ædificantem. Cujac. Vultej. Borch. Anton. Matthæ. *ad d. §. cùm in suo. Inst. de R. D.* Dissentit Gœdd. *ad l. tigni 62. num. 8. ff. de verb. signif.* d) *l. 7. in fin. ff. arb. furt. cæs.* e) *l. 8. in prin. d. tit.* f) *l. 6. & l. 9. ff. d. tit.* g) *d. l. 9.* h) *d. l. 9.* i) *d. l. 9.* k) *l. 2. ff. h. tit.* l) *l. 1. ff. de incend. ruin.* m) *Auth. navigia. Cod. de furt. l. 3. §. fin. l. 4. ne quid de incend. ruin. &c.* n) *l. 11. §. 1. ff. de furt. l. 17. l. 89. ff. de furt.* o) *§. 12. Instit. de furt. l. 16. l. 17. l. 61. in pr. ff. eod.* Similiter libertus, cliens & mercenarius furtum quidem patrono & conductori faciunt, actione tamen furti non tenentur, *l. 89. ff. d. t.* Sic & uxor, si constante matrimonio res mariti amoverit, ut & contrà maritus, si durante matrimonio amoverit res mulieris, nõ actione furti, sed rerum amotarum tenetur, *l. si quis 52. ff. eod. l. uxor 5. ff. expil. her. l. 1. l. 2. & t. t. ff. de act. rer. amot.* Ejusq; rei ratio est, quia ob honorem matrimonii tam turpem & atrocem actionem dare in personas ita sibi conjunctas lex erubuit, *d. l. 2. d. l. l. ult. §. ult. C. de furt.* At quid de nostri tẽporis servis, ancillis, mercenariis, ministris, famulis & officialib. statuendum? Adversus eos utpote homines liberos furti actionẽ sive accusationem competere, nequaquam ambigendũ est, nisi furta viliora aut leviora fuerint, *l. 11. §. 1. ff. de pœn.* Itaq; si furta domesticorũ, atq; eorum, quorum fidei res specialiter credita est, veluti officialiũ, fuerint graviora, nõ modò non leviori pœnâ mulctari, sed etiam acerbiùs, adeoq; capitali animadversione vindicari debere, pleriq; haud absq; ratione cõcludunt; quia proditionis speciem habet crimen furti, quod perpetratur à domesticis & à famulis, similibusque, quibus omnia committimus, nec pestis capitalior est, sive major ad nocendum, quàm familiaris inimicus, *Can. 1. distin. 93.* Jas. *in l. ejus qui 41. §. quas verò. num. 7.* ubi & Zach. *num. 11. ff. de reb. cred.* Clarus *in §. furtum. num. 22.* Boërius *decis. 316.* Hackelm. *disp. 23. thes. 10. lit. c. ubi pro dissentientibus allegat* Gomez. *tom. 3. var. resolut. cap. 5. num. 3.* Menoch. *libr. 2. arbitr. jud. quæst. cent. 4. cas. 347.* p) *dict. §. 12. in fin. Instit. de furt.* Nam quæ ratio in superioribus illis personis

personis militat, eadem in his, quorum ope & consilio furtum factum est, locum non habet. Et ita licet accessiones in plus quàm principales obligari nequeant, quia tamen hoc in casu principalis & accessorii diversa est ratio, propter personarum differentias, meritò quoque diversa est dispositio. Bald. *in l. non dubium 5. in 14. opposit. C. de legib.* & Decius *in l. cùm principalis 178. nu. 3. ff. de Reg. Jur.* q) *l. 1. l. 2. l. 9. ff. h. t. l. si te. C. ex quib. caus. infam. irrog.*

13 ET ULTIMA. Hactenus de furto: sequitur rapina, quæ nihil aliud est quàm ablatio alicujus rei mobilis fraudulosa & violenta *a*. Et hinc oritur non solùm actio furti *b*, sed etiam vi bonorum raptorum, quæ vel civiliter instituitur, vel criminaliter. Si civiliter, intra annum pœna est quadrupli, cui tamen rei persecutio inest, post annum simpli *c*: Si criminaliter, ultimi supplicii pœnâ pro cujusq; regionis consuetudine raptores affici juris est notissimi *d*.

a) Per vim rapina à furto differt, *l. 1. ff. de furt. §. 1. Institut. de vi bon. rapt. l. 2. ff. eodem.* Plures differentias vide apud Vultej. *ad pr. Instit. d. tit. num. 2.* *b*) etiam manifesti, *l. 80. §. cum raptor. ff. de furt. dict. l. 2. §. rerũ. Inst. de vi bon. rapt.* Cuj. *in par. C. h. tit. & lib. 6. observ. 2.* Borch. *ad d. tit. Inst. & ibid.* Vultej. *num. 10. & 11.* & Hotom. *in verbo: Si comprehenditur raptor. &c.* Bron. *cent. 4. ass. 74.* Disf. Egui. Baro *ad d. t. Inst. de vi bon. rapt.* & ibi Mynf. & Ant. Matth. *in not.* c) *d. l. 2. ff. & princ. Instit. eod. tit. l. 2. 3. & 4. C. eod. tit.* Quia verò quadruplo res ipsa inest, videtur multò levior esse pœna rapinæ quàm furti simplicis, in quo mera pœna est quadruplum. In ratione diversitatis inquirendâ mirè se torquent Dd. Johan. Faber, Aretin. *ad d. pr. nu. 5.* Angel. *ibid. n. 6.* Alciat. *in l. 9. n. 3. de V. S.* Cors. *lib. 1. indag. jur. cap. 5.* quorum opiniones examinat Vultej. *ad d. pr. nu. 13.* Sed nos rapinæ mitiorem pœnam, quàm furto præstitutam esse prorsus negamus. Rapina enim severiùs vindicatur quàm furtum. I. In eo, quòd rapina semper triplo, furtum non semper quadruplo, imò plerunque duplo (quia furta plerunque sunt nec manife-

ſta, unde & nomen habent, §.2. *Inſtitut. de furt.*) punitur. II. In eo, quòd contra raptorem manifeſti quoq; furti actio eſt comparata, vide quæ dicta ſunt ad liter. b. ſuprà. III. In eo rapina furto ſeveriùs punitur, quia contra raptorem non tantùm competit judicium hoc privatum, ſed & aliud publicum ex lege Julia de vi privata & publica, §.8. *Inſtit. de publ. judic. tot. tit. ff. ad legem Juliam de vi publ.* IV. In eo, quòd ex nova Imperatorum conſtitutione raptor etiam amiſſione rei ſuæ plectitur. §.1. *Inſtit. de vi bon. rapt.* vide Azumæ. *dict. diſp.17. exerc.10.* Eliam Rober. *d. diſp.9. th.15.*

d) Conſtitut. Caroli V. *art.162.* Gœden *conſ.78. num.10.*

SOLI DEO GLORIA.

PHILIP-

PHILIPPI-HENRICI
HOENONII

DISPUTATIO JURIDICA PRO GRADU DOCTORATUS;

Habita in Academia Marpurgensi 27. Julii Anni 1604.

CONTROVERSIA PRIMA.

ET Legistæ & Canonistæ consentiunt, debere judicem ex actis allegatis & probatis conscientiâ propriâ postpositâ judicare; In eam sententiam inclinant Petrus Costal. Covarr. Menoch. Mascard. Cujac. Pinel. Wesenb. Ego verò nullo modo contra conscientiam, hoc est, certissimam scientiam ejus rei, quæ in animo nostro versatur, judicandum censeo cum Coras. Hotom. & Ferdin. Vasquio.

2 Bonæ fidei possessor ante litem contestatam perceptos & consumptos fructus suos facit. An indistinctè omnes, sive naturales, sive industriales fuerint? Nego. Lucratur enim duntaxat industriales ex sententia JCti Pomponii lib. 22. ad Quint. Mut. quam (variis variè contradicentibus) tuentur Jacobus Cujac. & Francisc. Duarenus.

3 Extantes verò seu perceptos tantùm fructus cum re ipsa omnino restituere tenetur. Contrarium prolixè docet celeberrimus JCtus Hugo Donellus in suis commentariis: Sed sententiæ meæ patronos habeo Dn Præceptorem Vultej. & Ant. Fabr.

4 Malæ fidei possessor omnes fructus indistinctè restituere cogitur in tantum, ut nec titulus eum à fructuum percipiendorum præstatione excuset: Quod, rejectâ Accursii opinione, tradunt Cujac. & Copus cum multis aliis.

5 Quid si hæres bonâ fide rem possideat, an propter malam defuncti fidem fructus consumptos restituere tenebitur? Affirmativa prout communiori Dd. calculo rece-

pta, ita quoque verior videtur ex doctrinâ Bartol. & Menoch. quibus contradicit Copus in tract. de fruct.

6 Fructus ultimi anni maturos & pendentes non ad heredes defuncti fructuarii, sed ad proprietarium pertinere communis opinio est, à qua tamen Jacob. Cujac. passim in suis scriptis recessit, existimans inter usufructuarium & proprietarium talem fructuum ineundam esse rationem, ut pro ratâ præteriti temporis, quo constitit ususfructus, portio fructuum tam perceptorum quàm pendentium pertineat ad usufructuarium, & quod superest, domino præstetur. Ego communiter approbatæ sententiæ cum Hugon. Donell. adhæreo.

7 Cautio usufructuaria adeò ad constitutionem quasi ususfructus requiritur, ut sine ea prorsus subsistere nequeat. Id quod contra Ferdinandi Vas. & Arii Pinelli opinionem contrariam bene defendunt Roland. à Valle, Socin. junior, Geil. Mynsing & Hugo Donellus, qui tamen idem de vero usufructu non rectè sentire videtur secundùm tradita ab Andr. Geilio.

8 Communis Interpp. Bart. Angel. Saliect. Aret. Gomez. Soarez. Eguinar. Baron. Nicol. Mozz. & aliorum Dd. opinio est, exceptionem non numeratę pecuniæ, etiam post biennium opponi posse, si modò debitor onus probandi in se recipere paratus sit. Atqui omnino tunc cessare illam exceptionem, juri & legibus magis consentanea est sententia Petri Duen. Felyni, Duareni, Donelli & Wesenbecii.

9 Filiusfam. SC. Macedoniano, utpote in odium fœneratorum introducto, renuntiare non potest, Accurs. Costal. Myns. Gomez. Covarr. contra Zas. in responsis singularibus. Idem dicendum putant Dd. Donell. Duar. Conan. Covarr. de SCto Vellejano, quòd nimirum mulieres ei renunciare nequeant. Verùm Geilii, Petri Fabri, aliorumq; affirmantium opinio mihi valde arridet.

10 Invito creditori utrùm particulariter solvi possit, anceps quoque quæstio est: Andr. Alciat. & Johan. Coras. affirmant; Alii rectiùs negant, Bart. Jas. Petr. Costal. Hotom. Borcholt.

11 Deponi possunt res omnes tam immobiles quàm mobiles, rejectâ Dd. sententiâ, res soli deponi non posse

existi

existimantium; quorum rationes exactè Dn. Præceptor Gœddæus in suis scriptis examinat.

12 Si dolus malus bonæ fidei contractui causam præbuit, ipso jure contractus ille nullus est: Secus si incidens fit. Hoc enim casu actio ex eodem contractu nascitur; Molinæ. Pinel. Duaren. Donell. Cujac. contra Coras. & Robert. Aurel.

13 Regulariter à negotiorum gestore culpam levem, non levissimam præstari asserunt Petr. Fab. Delrio, Wesenb. Sichard. Aliud placet Donello, Cujacio & Borcholto. Pro illis contra hosce ut respondeam, textus & rationes juris jubent fortissimæ.

14 A mandatario verò præstanda etiam culpa levissima, ex judicio Duareni, Donelli, Andreæ Geilii, Pacii, Gilb. Regii.

15 Venditor præcisè rem venditam, si facultatem tradendi habeat, tradere tenetur, nec liberatur præstando interesse, Cujacius, Coras. Ant. Fab. Fabian. de Monte, Borch. & alii secuti Martinum antiquum glossatorem, cujus sententia olim contra Bulgarum, quem imitati sunt Vaudus & Donellus, cum pluribus ex Interpp. recentioribus, obtinuit, usuque, ut verior & æquior, recepta est.

16 Beneficium l. 2. C. de rescind. vend. utrùm ad emptorem pertineat, ambigua etiam Juris quæstio est? Negant Jacob. Cujacius & Carol. Molin. Benè cum communi Dd. scholâ id affirmant Covar. Sichard. At. Pinell. Rober. Aurel. Jacob. Gourr. Donell.

17 Major & frequentior est controversia: An dispositio d. l. 2. ad transactionem extendi possit? Sunt, qui negativam tenent & acriter propugnant, Bald. Jas. Alex. Aret. Salic. Zas. Menoch. Roland. à Valle, Sichard. Fr. Hotom. At è contra adversus eandem alii non minoris fidei & autoritatis Interpp. insurgunt, Ang. Castrens. Decius, Pinell. Cagno. Wesenb. Pro priori sententiâ aliquid dicere conabor.

18 Vulgò Dd. quos sequuntur Ant. Gomez. Fr. Balduin. Eguinar. Baro & alii existimant, mercedem in locatione consistere tantùm in pecuniâ numeratâ, sicuti in emptione-venditione. Verùm rectiùs sentiunt Johan. Coras. Pinell.

Cujac.Menoch.Borcholt.qui in re quavis fungibili mercedem locationis consistere docuerunt.

19 Illata & invecta in prædium rusticum non aliter pignoris jure tenentur, quàm si nominatim convenerit. Diss. Accurs.Bart.Zas.Neguſ.Schneid.Sichard.qui nudam scientiam sufficere existimant. Meam sententiam comprobant Conan.Coras.Donell.Borch.Wesenb.Menoch.aliiq; Dd. recentiores.

20 Tutoris dationem nec imperii nec jurisdictionis, sed legis & permissionis esse contra Muscornium tuebor, cum Nicol.Bellono,Vacon à Vacunâ,Coras.Donell.Cuja. Hodie tamen ex recepta consuetudine tutoris datio jurisdictionis vel mixti potius imperii esse, & cuilibet ordinariam jurisdictionem habenti suo,hoc est,magistratus jure competere videtur,Bart.Schneid.Geil.

21 Cùm proximus agnatus ex Aurea Bulla Caroli IV. tutor & administrator esse jubeatur Electoralis heredis impuberis usque ad 18. ætatis annum,an hoc jus ei propter regulam (quamdiu testamentaria tutela speratur, cessare legitimam) testamento auferri possit, ardua est quæstio? Negativam propugnantibus cum Dn.Gœdd.adstipulor.

22 Testamentum inter liberos nullis prorsus testibus præsentib. factum valere,contra Cujacium rectè Dd.communiter statuunt,Clar.Don.Geil.Hotom.Hartm.Pist.

23 Tempore pestis factum testamentum absque septem testibus adhibitis,non subsistere arg. rescripti Impp. Dioclet. & Max. dicendum videtur. Dissent.Roland. à Valle, Mascard.Anton.Tessaur.Myns.Geil.& alii,qui modò duos, modò quinq; testes hoc casu sufficere putant,& hanc sententiam in judiciis & foro confirmatam scribunt. Quod igitur diversum ab hisce statuo, perquam durum quidem esse fateor,sed ita legis ratio dictitat.

24 Prodigus testamentum facere nequit. Intelligo autem eum,cui ex lege à magistratu bonis interdictum est, cum Bartol Bald.Vigl. Damhoud.Fran.Viv. Cujac.Duar. Borch. Dn.Gœdd. qui contra Donellum ipso jure prodigo bonis interdici post Accurs.Fulgos.Imol. Fabr. & alios,defendentem disputat.

25 Signo quovis characterem habente testamentum signare

gnare licere, contra Robert. & Cujac. cum Dd. Præceptore Vultejo & Conano existimo.

26 Legatarium in utroque & scripto & nuncupativo testamento testem esse posse, à Dd. communiter est receptum, à quibus Fr. Duarenum non rectè divortium fecisse ipsa juris ratio evincit.

27 Favor militiæ & literarum facit, cur filiusfam. de bonis castrensibus vel quasi testari possit. Idem itaq; de bonis adventitiis, quorum ususfructus patri non acquiritur, cessante prædictâ ratione, dici nequit; Atq; ita concludo cum Donello, Duareno, Viglio, Tessaurio. Frustra igitur Vaudus in contraria sententia defendenda laboravit.

28 Privilegia militaria militibus nostri temporis non competere, docuerunt Bald. & Aretin. Cùm autem hodie in bello pro salute Reipublicæ suscepto, non minùs ac olim milites numeris ac signis suis jugiter inhærentes, Rempublicam ab omni bellorum necessitate defendant, ac perinde, ut olim, arma magis, quàm leges sciant, privilegia illa etiamnum hodie sarta tectaq; consistere meritò dicendum est cum Vaudo, Wesenbecio, Geilio, Schneidevvino.

29 Quæ privilegia ad limitaneos & stationarios, cùm propter subita plerunq; discrimina continuò in expeditione versari censeantur, meritò porrigenda puto, non etiam ad milites togatos, causarum patronos, liberalium artium ac scientiarum Professores & Doctores: Quò ad hoc posterius, fautores habeo Geil. Vigl. Hugo. Donell. Schneid. Quò ad prius verò, dissentiunt Dd. communiter, quos sequuntur Zas. Vigl. Geil.

30 Causas exheredationis in Novella 115. cap. 3. expressas ad majores vel pares ingratitudinis causas extendendas esse communis Dd. conclusio est, quam approbant Zasius, Jacobus Menochius, Carol. Molin. Sichard. Contrarium tamen cũ magni nominis JCtis Vigl. Conna. Don. tueri conabor.

31 Nobilis est quæstio: Utrùm duorum vel plurium fratrum filii, si soli sint, in stirpes succedant vel in capita? Prius voluerunt Brun. Accursius, Isern. Laud. Alvarot. Curtius, Sonsbecius. Posterius amplexi sunt Azo Zasius, Mynsingerus, Schneidevvinus, Hotomannus, Donell. Tessaurius. Et horum sententia, utpote juri & rationi magis conveniens, à

Carolo V. Imper. in Comitiis Spirensibus confirmata fuit anno 1529.

32 Donationem omnium bonorum minimè valere, à Dd. communiter approbatum est, quorum autoritas, etsi apud me permagna sit, tamen difficile admodum est, ei tantum tribuere, ut vel legem vincat, vel rationem, & ideircò contrariam sententiam defendendam suscipiam, annixus ductu Vaudi & Corasiii.

33 Emphyteusin sine consensu domini donari posse, asserunt Forner. Connan. Donell. Borcholt. Non posse, putârunt alii, Accurs. Bart. Angel. quorum opinionem cum Sichardo de jure veriorem arbitror.

34 Licet constitutio l. si unquam. C. de revoc. donat. in specie de patrono loquatur, ad quemvis alium tamen eam rectè extendi posse existimo cum Cujacio, quamvis Hotom. Coras. Donell. in contrariam sententiam abiverint.

35 Illud quoque controversiâ non caret: An possessio transeat ad filium sine nova apprehensione? Et non transire verius est, secundùm Cujac. Vasq. Covarr. Soarez. Zas. Bellon. Wesenb. Myns. quicquid etiam Corasius & Duarenus in contrarium adferant.

36 Usucapione seu præscriptione absolutum & plenum dominium acquiritur, Coras. Duaren. Covarr. Vasq. Pinell. (Dissent. Bart. Felin. Panorm. Balb. Dyn.) adeò ut ex capite ignorantiæ per restitutionem in integrum præscribenti nunquam auferatur, Fr. Sarmient. Nicol. Boër. Covarruv. Vasq. Contraria sententia communiori Dd. suffragio comprobata est, quam sequuntur Zas. Fr. Balb. Andr. Gail. aliique ab his relati.

37 Juri reluendi pignoris ne tempore quidem longissimo præscribi posse existimo cum Andr. Gail. Donell. Borch. quorum sententia à practicis communiter est approbata, & supremo Cameræ Imperialis judicio confirmata.

38 Idem de pacto de retrovendendo, cum Myns. Wesenb. Beust. & Cujac. sentio.

39 Ut & de præstationibus annuis futuris, non præteritis, cum Guid. Pap. Vasq. Worms.

40 Ad præscriptionis materiam pertinet quoque controversia illa; utrùm heredes, etiamsi 30. annos in commu-

nion

ione steterint, nihilominus possint ad divisionem hereditatis provocare? cum glossa multi existimant post tricennium ad res communes dividendas ampliùs agi non posse. Sed mihi Fr. Balbi, Zas. Mudæi. Mynsing. Oldend. aliorumque absque ullâ temporis præfinitione ad divisionem provocare licere existimantium, sententia melior videtur.

41 Bonam fidem in usucapione requiri, juris est notissimi. Quid ergo dicendum de dubitante? Num & is, uti bonæ fidei possessor, si interpellatus non sit, præscribere potest? Negativam tuentur Vasq. Covar. Balb. Affirmant Sarmient. Peck. & alii, quorum partes ut sustineam, haud dubia me movet juris ratio.

42 Mulierem ex privilegio dotis præferri non solùm tacitam, sed & expressam hypothecam anteriorem habentibus, ajunt Mud. Vander. Robert. Cujac. Negant Zas. Neguss. Hotom. Donell. Covarr. Prioribus assentior.

43 Minorem sine curatore, quem habet, obligari posse, asserunt Dn. Vultej. Cujac. Negantium opinionem confirmant Bart. Jas. Duar. Donell. Affirmantium vestigiis insisto.

44 Fidejussoris obligatio ex mora rei principalis non augetur, ut in usuras, vel id, quod postea accessit, aut interesse, condemnetur, nisi in omnem causam fidejussisset; difficilis hæc quæstio est, adeò ut, teste Dn. Gœddæo, septem propè opiniones circa eam natæ sint.

45 Pro restituenda vel conservanda dote maritum non esse cogendum, fidejussorem dare, datum tamen obligari, docent Jacob. Raven. Cyn. Bald. Novell. Connan. Hotom. Duaren. Ego cum Dn. Gœdd. Bart. Bald. Jas. Salyc. Cujac. ne volente quidem marito idoneo, constante matrimonio, fidejussorem accipi posse, contendam.

46 Condictio furtiva adversus heredes furis datur in solidum; quod Ant. Faber contra Jacobum Cujacium eleganter defendit.

47 Vetus & quotidiana quæstio est: An veritatem per convicium dicens injuriarum teneatur? Omissis ambagibus ex cõmuni Dd. sententia in hac quæstione distinguendum est, utrùm Reipublicæ expediat convicium scire, vel non scire expediat. Priori casu convicium dicens non tenetur, si probet illud: Exempli gratiâ, si alicui verè objicia-

tur latrocinium, furtum, crimen falsi, &c. Altero casu, quando non interest Reipubl. scire convicium, tunc veritas convicii injuriantem non excusat, sed injuriarum tenebitur Clar. Gomez. Gail. Schneid. Disf. Covarruv. Panorm. Host Boss Robert. quorum opinionem Wesenb. in parat. communiorem appellat.

48 Fœminæ locus non patet in feudi successione, donec masculus superest ex eo qui primus de hoc fuerit investitus. Hinc quæritur: An fœmina per masculum semel exclusa, censeatur perpetuò exclusa? Affirmāt Andr. de Isern. Schrader Curt. jun. Zas. Borcholt, Duaren. Gail. Schneid. Sed rectiùs negant Dn. Vult. Hart. Pist. Sonsbec. Wes. Myns.

49 Concesso feudo filiofam. an ususfructus ejus patri acquiratur, non usque adeò expeditum est: asserunt Bald. Curt. Jun. Sonsbec. Schrader. Duaren. probabilior tamen & juri feudali magis consentanea eorum est sententia, qui usumfructum penes filium remanere arbitrantur, Dn. Vultej. Andr. de Isern. Afflict. Præpos. Roland. à Valle, Wesenb. Zas. Borch.

50 In feudo hypothecam liberè constitui posse, multi sunt qui constanter contendunt, Bald. Curt. Jun. Zas. Borcholt. Bernhar. Worms. Hart. Hartm. Ego negantium sententiam motus firmissimis juris rationibus approbo cum Dn. Vult. Dn. Gœdd. Sonsbec. & Wesenbec.

CARMI-

CARMINA GRATULATORIA

IN

HONOREM VIRI CLARISSIMI AC CONSULTISSIMI, DN. PHILIPPI HENRICI HOENONII Dietzensis Nassovii, olim Illustris Scholæ Herbornæ Nassoviorum Professoris publici, nunc verò consiliarii Nassovici,

Cùm in utroque Jure Doctor in Illustrissimorum Hassiæ Principum Marpurgensi Academiâ ab amplissimo & consultissimo viro, Dn. JOHANNE GOEDDÆO, JCto celeberrimo & pro tempore Facultatis Juridicæ Decano spectatissimo, 8. Id Septemb. An. 1604. publico & solenni actu renuntiaretur.

RODOLPHUS GOCLENIUS,
PROFESS. PHILOSOPH. IN ACAD.
Marpurg. ad THEMIN.

EXoritur tandem lux optatissima cœlo,
Digna cani: fastis non reticenda novis:
Quam plausu excipiunt Musæ, quâ jubila tollit
In prælustri habitans culmine pulcher HONOS.
Quæ dextrâ gladium vibras lævaq; bilancem,
Æqua bono, sceleri terror & ira tenes,
Diva fave: novus ingreditur tua templa Sacerdos,
NASSOVICÆ HOENONIUS *fama futura scholæ,*
Justitiæ zonâ cingi hic dignissimus aureâ,
Qui tua sacra colit, qui tua jura tenet.
Testis Tengrorum SIGENA, *& Jena celebris*
Tyrigetûm: laudis præco GENEVA *tuæ,*

Allobrogum lumen: Comiti hic præfectus ADOLPHO
NASSOVICO *in studiis dux monitorq́; bonus.*
Inclyta liligero subjecta LUTETIA *Regi*
Conscia virtutis (nil ego fingo) viri.
Omnia ne dicam, tacitus prætervehor Anglos,
Notus & HOENONIUS *queis, Themi sancta, tuus:*
Notior ad Lanum civilia jura professis:
Ingenii celebrant qui melioris opes.
Ergo, THEMI, *haud ab re tribuis* DOCTORIS *honores,*
Præmia, cultori subsidioq́; tuo.
Te defendet enim semper VIRGO *edita cœlo,*
Purus ab impuris (spes mihi certa) procis,
Qui tibi solenni est arrâ desponsus ad aram,
Ipse tuus tutor, nē violeris, erit.
Ille tuæ appendet causarum nomina libræ,
Ut tribuat parti justus utrique suum.
Non faciet dubios è certâ lege cothurnos,
(Ars onerosa bonis: fraus odiosa Deo)
De quo dum solido tibi grator pectore, cœlis
Numen ab excelsis in mea vota voco.

HERM. KIRCHNERI, U. J. D. C. P. CÆSAR.
Hist. & Antiquit. Profess. in Acad. Cattûm

Προσφώνησις

Ad clarissimum virum, Dn. PHILIPPUM-HENRICUM
HOENONIUM, U. J. D. declaratum.

E*Tsi lumen* AVI, *quem nobilitatis honore*
Arbiter Imperii meritum decoraverat, & si
Te patris eximii nomen munusq́; tueri
Posset, & insigni radio perfundere origo
Sanguinis, HOENONI, *studii laudande peracti:*
Tu tamen ipse tuâ virtute nitescere nixus
Quæsisti propriis caput altum efferre triumphis.
O animi prudens! abolescit scilicet omnis
Gloria, quæ generis vano splendore tumescit,
Alteriusq́; sibi quæ sumit imagine lucem,
Nil propria virtutis alens laudisq́; perennis.
Fortunata quidem res claro stemmate nasci,

Anti-

Antiquasq; domos seriemq; ostendere patrum:
Sed longè veteres superat lux propria ceras.
Egregii praestans animi macte indole tantâ
GOEDDAEIQUE *manutextum cape nobile sertum,*
Promeritumq; decus studiis in secula transfer,
Ingeniiq; bonis DECIAM *Nassovidis orna,*
Dilliacamque domum, quam supra sidera cernis
Supra utrumq; polum mirandis surgere factis.

Doctrinâ & virtute praestantissimo viro,

DN. PHILIPPO-HENRICO HOENONIO DECIENSI; ob insignem Juris scientiam, in inclyta Cattorum Academia: ad IIX. Eidus VIIbreis: anno aerae Christianae cIↃ IↃ cIV. publico Amplissimi JCtorum Ordinis decreto: supremâ Laureâ coronando;

Μεταγραμματισμὸς nominis

PHILIPPUS-HENRICUS HOENONIUS, J.C.

Heus! Hic non leno (hic puppis) juris.

NUper ut HOENONIUS *Cattorum venit Athenas,*
Et subiit Themidis tecta superba domus.
EUNOMIE *mirata Virum, mirata nitorem*
Pectoris, hos placido protulit ore sonos:
HEUS! HIC NON LENO (HIC PUPPIS *certissima*) JURIS:
Hic faciet Juri castus ut exstet honos:
Ne tenuis jus sit cassis quam texit arachne:
Nec COR*rumpatur munere, bile, prece.*
Tradidit HUIC *castè nodosa aenigmata Legum*
Ipsa DICE: *castos hac colit una viros.*
Hujus consiliis Astraea redibit ab astris:
Atq; iterum nostras incolet alma domos.
Ergo inter nostros non sit postremus Alumnos:
Sed meritum laudis scandat adusq; Gradum:
Jampridem dignus, ceu Gallia & Anglia testes,
Cui niveum cingat DOCTA *tiara caput.*

Applausere CHARIS, SOPHIE, SUADA, *atq;* MINERVA:
Dixere; Hic etiam noster Alumnus erat.

Dignus, & à Nobis cui digna brabéa ferantur.
Quis non Cultorem tollat honore suum?

Applausit PHOEBUS *tandem: applausere* CAMOENÆ,
Quot viridi Laus littera sacra colunt.
HOENONIUMq; *suum* DOCTORUM *insignibus ornant:*
Decreto unanimi, consilioq; pari:
Tempora victrici Lauro, pulchraq; tiarâ
Cingentes, nitidam Chrysolithoq; manum.

Adjiciunt etiam pia vota: ut vivat in annos
Nestoris, & felix crescat honore novo.

Observantiæ & Affinitatis symbolon exstare voluit M. Fridericus VVeberus, Mosbacensium ad Rhenum Ecclesiastes.

ALIUD.

HOENONI *Nomica decus Aonidumq; voluptas*
Et corculum præstans Dices,
Quos tibi jamdudum Themis aurea debet honores;
Et quæ labori præmia,
Pegasidum totâ multùm applaudente catervâ,
Hac luce persolvit Tibi.
Jam Tua victrices circumdant tempora lauri:
Prælustre lauri frontium
Doctarum decus, & studii mulcimen, honorq;
Virtutis ingens ardua.
Entheus hoc animi vigor, hoc Tua vivida virtus,
Hoc divitis vis ingenI,
Hocq; tot Herculei pridem meruêre labores,
Quos pertulisti fortiter:
Eunomiæ plures dum castra secutus aristas,
Gnavum probas Te militem.
Id novit, mecumq; lubens Salana fatetur,
Norunt fluenta Sequanæ,
Et, circumfusis nostro quos orbe, Britanni,
Neptunus undis dividit.
Non tibi desidia cordi, non vana fuêre,
Quæ plurimis sunt gaudia.

...on somni placuere, Tua Dea Murcia semper
A mente se sprevit procul.
...nica sectari doctas tibi cura Camœnas,
Et scita scrutari Dicès.
Hic vitæ tenor. En quod totâ mente petisti,
Feliciori sydere
...rona tibi dant fata: Notis subvecta secundis
Intravit in portum ratis.
Gaude agedum, pia vota Deo persolve tridenti,
Fluctus maris qui temperat.
Macte novis titulis, HOENONI, *& honoribus istis*
Jam jamq; sors benignior
Adjiciet plures, non me præsagia fallunt.
Nunc hisce felix utere,
Et fruere intereà. Ac vultu gratantis amici
Musam sereno suscipe.

And. Langius Silesius.

AD EUNDEM.

Salve legiferæ Deæ sacerdos,
HOENONI, *Eunomiæ medulla, nostri*
O flos ordinis, & decus, jubarq;.
En! quam diva Themis manu tenellâ
Fors olim tibi texuit, corolla
Nunc lambit tibi verticem, cohorte
Phœbeâ astipulante, teq; sacra
Inter Justitiæ celebriores
Gaudet connumerasse Mystagogos.
Io factum bene! sæpe & invidendas
Nobiscum stupuit SALANA *dotes,*
Dotes ingenii, tuæq; linguæ.
Lustrasti varias anhelus oras,
Læta quà Rhodanus pererrat arva
Gallorum, & Tamesis beat Britannos.
Hoc nempe in stadio probè solutis
Juvit carceribus subisse metam.
Oh! gaude tuo honore adoreaq;
Hocq; annos titulo fruare multos.

Ingenî clypeis utrumq; vinces
Fatum; consiliis & arte SORTEM,
Et MORTEM *celebratiore famâ.*

Matth. Bilizerus Silesius.

AD EUNDEM.

Ædepol hic felix, penes est quem laudis avitæ
Stemmatis & vivi vivida fama sui!
Næ verò innumero numero felicior ille,
Quem genus & proavos exsuperasse juvat!
Efficis, HOENONI, *diva pars magna Themistos,*
Ut genus, & proavos te superasse putem.
Certa quidem patrum florescit fama: sat ultrò
Florescent posthac tot documenta virûm:
Austria testis erit, testis Nassovica tellus,
Testis & autographo, MAXIME CÆSAR, *eris:*
At mage clarescis nunc, sponte sacrata secutus
Abdita virtutis tramite digna tuo.
Eloquar, an sileam? Quondam SALANA *sciebat*
HOENONII *in laudes quæ memoranda forent.*
Hinc fuerant nostri, præsagia certa, FOMANNI
Phœbi Salaidum, vix reticenda diu.
Eloquar, an sileam? Nescit, qui viderat urbes
Et varios mores, Musa tacere virum.
Eloquar, an sileam? Removent sed ab ore capistra
Nassoviæ celebris pulpita docta scholæ,
Queîs novus & noviter multâ plaudente catervâ
HOENONI, *præses ritè probatus eras.*
Indéne MARPURGUM, *Eunomiæ celeberrima sedes,*
Addet muneribus munera plura tuis?
Sic est. Ecce dies meritorum præmia magna
Laturus fulget, pronus ad omne bonum:
Successus, est hæcce dies, successibus augens
Doctrinæq; decus perpetuale ferens.
Ergò qui gemini pòst jure vocabere JURIS
DOCTOR *& antistes, salve in honore tuo.*

Johan. Bezoldt Rotenburgo-Tuberanus.

INDEX RERUM ET VERBORUM.

A

Consen-

Error

Liberi

L

M

Marito

INDEX.

tarià

Thesau-

FINIS.